42 Adina, hijo de Siza, de la tribu de Ruben, príncipe de los rubenitas, y con él otros treinta.

43 Hanan, hijo de Maaca, y Josafat Mathanita,

44 Ozias astharotita, Samma, y Jehiel, hijos de Hotham, de Aror.

45 Jedihel, hijo de Samri, y Joha su hermano, de Thosa.

46 Eliel de Mahumi, y Jeribai, y Josaia: hijos de Elnaem, y Jethma de Moab, Eliel, y Obed, y Jasiel de Masobia.

CAP. XII. *Cuales fueron los que siguieron á David ántes y despues de la muerte de Saúl.*

1 Estos son los que vinieron á juntarse con David en Siceleg, cuando aun andaba huyendo de Saúl, hijo de Cis: los cuales eran fortísimos y escelentes guerreros,

2 hábiles tiradores de arco, y que se servian igualmente de ámbas manos para arrojar piedras con la honda, y asestar las flechas; parientes de Saúl, y de la tribu de Benjamin.

3 El principal era Ahiezer, y despues Joas, hijos los dos de Sammaa de Gabaath, y Jaziel, y Falleth,

filius Baana Netophathites, 31 Ethaí filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin, Banaia Pharathonites, 32 Hurai de Torrente Gaas, Ablel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites, 33 filii Assem Gezonites, Jonathan filius Sage Ararites, 34 Ahiam filius Sachar Ararites, 35 Eliphal filius Ur, 36 Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites, 37 Hesro Carmelites, Naarai filius Asbai, 38 Joel frater Nathan, Mibahar filius Agarai. 39 Selec Ammonites, Naarai Berothites, armiger Joab filii Sarviæ. 40 Ita Jethræus, Gareb Jethræus, 41 Urias Hethæus, Zabad filius Oholi, 42 Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, et cum eo triginta: 43 Hanan filius Maacha, et Josaphat Mathanites. 44 Ozia Astarothites, Samma et Jehiel filii Hotham Arorites, 45 Jedihel filius Samri, et Joha frater ejus Thosaites, 46 Eliel Mahumites, et Jeribai et Josaia filii Elnaem, et Jethma Moabites, Eliel, et Obed, et Jasiel de Masobia.

CAPUT XII. 1 Hi quoque venerunt ad David in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erant fortissimi et egregii pugnatores, 2 tendentes arcum, et utraque manu fundis saxa jacientes, et dirigentes sagittas: de fratribus Saul ex Benjamin. 3 Princeps Ahiezer, et Joas filii Samaa Gabaathites, et Jaziel, et Phalleth filii Azmoth, et Baracha, et Jehu Anathotites. 4 Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta et super triginta. Je-

Digitized by Google

hijos de Azmoth, y Baraca, y Jehú, de Anatoth[1].

4 Asimismo Samaias, de Gabaon, el mas valiente de los treinta, y cabeza de treinta, Jeremías, y Jehezieel, y Johanan, y Jezabad de Gaderoth:

5 Eluzai, y Jerimuth, y Baalia, y Samaria, y Safatia de Aruf.

6 Elcana, y Jesía, y Azareel, y Joezer, y Jesbaam de Carehim.

7 Joela, y Zabadía, hijos de Jeroham de Gedor.

8 Ademas de estos se pasaron á David, mientras estaba escondido en el Desierto, hombres muy valientes y bravos campeones de la tribu de Gad, armados de broquel y lanza: sus caras como caras de leones, y ligeros como cabras monteses.

9 Ezer era el principal, Obdias el segundo, Eliab el tercero,

10 Masmana el cuarto, Jeremias el quinto,

11 Ethi el sesto, Eliel el séptimo,

12 Johanan el octavo, Elzebad el nono,

13 Jeremías el décimo, Machbanai el undécimo.

14 Estos eran de la tribu de Gad, y caudillos del ejército[2]; y el que menos mandaba cien soldados, y mil el que mas.

15 Estos son los que pasaron el Jordan el mes primero, cuando suele salir de madre, inundando las riberas; y pusieron en fuga á todos los que moraban en los valles, así al Oriente como al Poniente.

16 Vinieron tambien varios de la tribu de Benjamin y de Judá á la fortaleza en que se hallaba David.

17 Y salióles David al encuentro, y dijo: Si habeis venido á mí de paz, con ánimo de socorrerme, mi corazon se unirá con el vuestro; mas si me armais asechanzas favoreciendo á mis contrarios, puesto que yo tengo mis manos limpias de todo pecado, el Dios de nuestros padres sea testigo y juez.

remias, et Jeheziel, et Johanan, et Jezabad Gaderothites. 5 Et Eluzai et Jerimuth, et Baalia, et Samaria, et Saphatia Haruphites. 6 Elcana, et Jesia, et Azareel, et Joezer, et Jesbaam de Carehim: 7 Joela quoque, et Zabadia, filii Jeroham de Gedor. 8 Sed et de Gaddi transfugerunt ad David, cum lateret in deserto, viri robustissimi, et pugnatores optimi tenentes clypeum et hastam; facies eorum quasi facies leonis, et veloces quasi capreæ in montibus: 9 Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, 10 Masmana quartus, Jeremias quintus, 11 Ethi sextus, Eliel septimus, 12 Johanan octavus, Elzebad nonus, 13 Jeremias decimus, Machbanai undecimus. 14 Hi de filiis Gad principes exercitus: novissimus centum militibus præerat, et maximus mille. 15 Isti sunt qui transierunt Jordanem mense primo, quando inundare consuevit super ripas suas: et omnes fugaverunt qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam, et occidentalem. 16 Venerunt autem et de Benjamin, et de Juda, ad præsidium in quo morabatur David. 17 Egressusque est David obviam eis, et ait: Si pacificè venistis ad me ut auxiliemini mihi, cor meum jungatur vobis: si autem insidiamini mihi pro adversariis meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, et judicet. 18 Spiritus verò induit Amasai principem inter triginta, et ait: Tui sumus, ò David, et tecum fili Isai: pax, pax tibi, et pax adju-

[1] *Véase* II. Reg. XXIII. *v.* 8, 13. *Estos valientes oficiales se llamaban los* Treinta, *prescindiendo del número de los que contenia aquel escogido cuerpo.* Martini. [2] *Luego que David reinó los hizo tribunos ó centuriones; ó ya lo eran antes.*

Digitized by Google

18 Entonces Amasai, caudillo de los treinta, movido del espíritu *superior ó divino*, dijo: Tuyos somos, ó David, y contigo estamos, ó hijo de Isai: paz, paz á tí, y paz á tus defensores; ya que á ti te defiende tu Dios. Recibióles pues David, y los hizo oficiales principales de su ejército.

19 Tambien de la tribu de Manassés se pasaron á David cuando iba éste con los filistéos al combate contra Saúl (si bien no peleó con ellos; porque los príncipes de los filistéos, tenido consejo, le hicieron volver, diciendo: A costa de nuestra vida se reconciliará con Saúl su señor.)

20 Asi pues, cuando regresó á Siceleg se pasaron á él de los de Manassés, Ednas, y Jozábad, y Jedihel, y Micael, y Ednas, y Jozabad, y Eliú, y Salathi, comandantes de mil hombres de Manassés.

21 Estos ayudaron á David contra las guerrillas[1]: pues eran todos hombres muy valerosos, y dióles mando en el ejército.

22 Y á este tenor cada dia acudian gentes á David para prestarle auxilio, hasta juntarse en gran número, como un ejército de Dios[2].

23 Este es igualmente el número de los principales del ejército que vinieron á encontrar á David, cuando estaba en Hebron, para trasladar á él el reino de Saúl, segun la palabra del Señor.

24 De los hijos de Judá, armados de broquel y lanza, y prontos para la batalla, seis mil y ochocientos.

25 De los hijos de Simeon, varones fortísimos para la guerra, siete mil y ciento.

26 De los hijos de Leví cuatro mil y seiscientos.

27 Asimismo Joiada, caudillo de los del linage de Aaron, tenia consigo tres mil y setecientos.

28 *Vino* tambien Sadoc, jóven de escelente índole, con veinte y dos cabezas de familia, descendientes de la casa de su padre.

29 De los hijos de la tribu de Benjamin, parientes de Saúl, vinieron tres mil; porque una gran parte de

toribus tuis: te enim adjuvat Deus tuus. Suscepit ergo eos David, et constituit principes turmæ. 19 Porro de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philisthiim adversus Saul, ut pugnaret: et non dimicavit cum eis; quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes: Periculo capitis nostri revertetur ad dominum suum Saul. 20 Quando igitur reversus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, et Jozabad, et Jedihel, et Michael, et Ednas, et Jozabad, et Eliu, et Salathi, principes millium in Manasse. 21 Hi præbuerunt auxilium David adversus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, et facti sunt principes in exercitu. 22 Sed et per singulos dies veniebant ad David ad auxiliandum ei, usque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. 23 Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad David, cum esset in Hebron, ut transferrent regnum Saul ad eum, juxta verbum Domini. 24 Filii Juda portantes clypeum et hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium. 25 De filiis Simeon, virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum. 26 De filiis Levi, quatuor millia sexcenti. 27 Joiada quoque princeps de stirpe Aaron, et cum eo tria milla septingenti. 28 Sadoc etiam puer egre-

[1] *De los amalecitas que saquearon á Siceleg.* I. Reg. XXX. 1. [2] *Esto es, poderoso y formidable.* Véase Dios.

Digitized by Google

ellos estaba todavia por la casa de Saúl.

30 Pero de los hijos de Efraim eran veinte mil y ochocientos, varones esforzadísimos, y de gran reputacion en sus parentelas.

31 Y de la media tribu de Manassés eran diez y ocho mil, todos alistados por sus nombres, los que vinieron á alzar por Rey á David.

32 De los hijos de Issacar vinieron tambien doscientos de los principales; hombres instruidos, que sabian discernir cada uno de los tiempos, á fin de prescribir lo que debia practicar Israel: y todo el resto de la tribu seguia su consejo.

33 Igualmente de Zabulon vinieron en su ayuda con un corazon sincero cincuenta mil, prontos á salir á campaña, y bien provistos de *todas* armas.

34 Y de Nefthalí mil de los principales, con treinta y siete mil hombres armados de broquel y lanza.

35 Asimismo de Dan veinte y ocho mil y seiscientos preparados para dar batalla.

36 Y de Aser, á punto de guerra y prontos para acometer, cuarenta mil.

37 Finalmente, de las tribus de Ruben, y de Gad, y de la media tribu de Manassés, á la otra parte del Jordan, ciento y veinte mil bien armados.

38 Todos estos varones guerreros, prontos á pelear, se reunieron en Hebron con un corazon *sano y* sincero, para alzar á David por Rey de todo Israel: del mismo modo todos los demas Israelitas estaban de comun acuerdo sobre hacer Rey á David.

39 Mantuvieronse allí con David por espacio de tres dias, comiendo y bebiendo: porque sus hermanos les habian preparado víveres.

40 Ademas los *pueblos* vecinos, hasta los de Issacar, y Zabulon, y Neftalí les traian, en asnos, y camellos, y mulos, y bueyes, panes *ó víveres* para su sustento; harina, panes de higos, pasas, vino, aceite, vacas, y carneros en

gia indolis, et domus patris ejus, principes viginti duo. 29 De filiis autem Benjamin fratribus Saul, tria millia: magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. 30 Porro de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. 31 Et ex dimidia tribu Manasse, decem et octo millia, singuli per nomina sua venerunt ut constituerent regem David. 32 De filiis quoque Issachar viri eruditi, qui noverant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur. 33 Porro de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, et stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici. 34 Et de Nephthali, principes mille: et cum eis instructi clypeo et hasta, triginta et septem millia. 35 De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcenti. 36 Et de Aser egredientes ad pugnam, et in acie provocantes, quadraginta millia. 37 Trans Jordanem autem de filiis Ruben, et de Gad, et dimidia parte tribus Manasse, instructi armis bellicis, centum viginti millia. 38 Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, ut constituerent regem David super universum Israel; sed et omnes reliqui ex Israel, uno corde erant, ut rex fieret David. 39 Fueruntque ibi apud David tribus diebus comedentes et bibentes; præparaverant enim eis fratres sui. 40 Sed et qui juxta eos erant, usque ad Is-

Digitized by Google

grande abundancia: porque reinaba el gozo en Israel.

CAP. XIII. *Traslacion del Arca del Testamento desde Cariathiarim á la casa de Obededom: castigo de Oza.*

1 Tuvo despues David consejo con los tribunos y centuriones, y con todos los principales,

2 y dijo á toda la asambléa de Israel: Si os parece bien, y el asunto que voy á proponer es inspirado del Señor Dios nuestro, enviemos á llamar á todos los demas hermanos nuestros, esparcidos por todas las regiones de Israel, y á los sacerdotes y levitas que viven en los ejidos *ó contornos* de las ciudades, para que se reunan con nosotros,

3 y traslademos á nuestra morada el Arca de nuestro Dios; ya que no lo hemos procurado hacer en tiempo de Saúl.

4 A lo que respondió toda la asambléa, que asi se ejecutase: porque á todo el pueblo habia parecido bien la propuesta.

5 Con eso David convocó á todo Israel desde *el rio* Sihor de Egipto hasta la entrada de Emath, para trasladar el Arca de Dios desde Cariathiarim *á Jerusalem.*

6 Y subió David, acompañado de todo Israel, al collado de Cariathiarim, situado en la tribu de Judá, para trasladar de alli el Arca del Señor Dios que está sentado sobre los querubines en donde se invoca su *santo* Nombre.

7 Y lleváronse de la casa de Abinadab, en un carro nuevo, el Arca de Dios; y Oza y su hermano guiaban el carro.

8 Entretanto David y todo Israel espresaban su júbilo delante *del Arca* de Dios, cantando con todo esfuerzo, y tañendo cítaras, y salterios, y panderos, y címbalos *ó platillos*, y trompetas.

9 Mas llegados á la era de Quidon *ó Nacon*, estendió Oza su mano para sostener el Arca; porque un buey retozando la habia hecho ladear un poco.

sachar, et Zabulon, et Nephthali, afferebant panes in asinis, et camelis, et mulis, et bobus, ad vescendum: farinam, palathas, uvam passam, vinum, oleum, boves, arietes, ad omnem copiam; gaudium quippe erat in Israel.

CAPUT XIII. 1 Iniit autem consilium David cum tribunis, et centurionibus, et universis principibus, 2 et ait ad omnem cœtum Israel: Si placet vobis, et à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor, mittamus ad fratres nostros reliquos in universas regiones Israel, et ad sacerdotes et Levitas, qui habitant in suburbanis urbium, ut congregentur ad nos, 3 et reducamus arcam Dei nostri ad nos: non enim requisivimus eam in diebus Saul. 4 Et respondit universa multitudo ut ita fieret: placuerat enim sermo omni populo. 5 Congregavit ergo David cunctum Israel à Sihor Ægypti, usque dum ingrediaris Emath, ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim. 6 Et ascendit David, et omnis vir Israel, ad collem Cariathiarim, qui est in Juda, ut afferret inde arcam Domini Dei sedentis super cherubim, ubi invocatum est nomen ejus. 7 Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum, de domo Abinadab: Oza autem et frater ejus, minabant plaustrum. 8 Porrò David, et universus Israel, ludebant coram Deo omni virtute in canticis, et in citharis, et psalteriis, et tympanis, et cymbalis, et tubis. 9 Cum autem pervenissent ad aream Chidon, tetendit Oza manum suam, ut sustentaret arcam: bos quippe lasciviens paululùm in-

Digitized by Google

10 Irritóse por esto el Señor contra Oza, y le hirió mortalmente por haber tocado, *no siendo sacerdote*, el Arca; y cayó allí muerto delante del Señor.

11 Y contristóse David por haber separado el Señor á Oza[1], y llamó aquel lugar Separacion de Oza[2]; nombre que conserva hasta hoy dia.

12 Y tuvo entonces *como* miedo á Dios, y dijo: ¿Cómo puedo yo meter en mi casa el Arca de Dios?

13 Y por esta razon no la condujo á su casa, es á saber, á la ciudad de David; sino que la hizo llevar á casa de Obededom de Geth.

14 Estuvo pues el Arca de Dios tres meses en casa de Obededom: y el Señor bendijo dicha casa y todas sus cosas.

Cap. XIV. *Prosperidad de David en paz y en guerra.*

1 Asimismo Hiram, Rey de Tiro, envió embajadores á David; y ademas maderas de cedro, arquitectos y carpinteros para que le fabricasen un palacio.

2 Y reconoció David que el Señor le habia confirmado Rey de Israel, y que su reino habia sido ensalzado para bien de Israel, pueblo suyo.

3 Tomó tambien David por esposas otras mugeres en Jerusalen, de que tuvo hijos é hijas.

4 Estos son los nombres de los hijos que le nacieron en Jerusalen; Samua, y Sobad, y Nathan, y Salomon,

5 Jebahar, y Elisúa, y Elifalet,

6 y Noga, y Nafeg, y Jafia,

7 y Elisama, y Baaliada, y Elifalet.

8 Mas asi que oyeron los filistéos que David habia sido ungido Rey de todo Israel, salieron todos á campaña para embestirle: lo que sabido por David fué á su encuentro.

9 Los filistéos siguiendo su marcha estendieron sus tropas por el valle de Rafaim.

clinaverat eam. 10 Iratus est itaque Dominus contra Ozam, et percussit eum, eò quòd tetigisset arcam: et mortuus est ibi coram Domino. 11 Contristatusque est David eò quòd divisisset Dominus Ozam: vocavitque locum illum, Divisio Ozæ, usque in præsentem diem. 12 Et timuit Deum tunc temporis, dicens: Quomodo possum ad me introducere arcam Dei? 13 Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in civitatem David, sed avertit in domum Obededom Gethæi. 14 Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus; et benedixit Dominus domui ejus, et omnibus quæ habebat.

Caput XIV. 1 Misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad David, et ligna cedrina, et artifices parietum, lignorumque, ut ædificarent ei domum. 2 Cognovitque David quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel, et sublevatum esset regnum suum super populum ejus Israel. 3 Accepit quoque David alias uxores in Jerusalem: genuitque filios et filias. 4 Et hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Jerusalem: Samua, et Sobad, Nathan, et Salomon, 5 Jebahar, et Elisua, et Eliphalet, 6 Noga quoque, et Napheg, et Japhia, 7 Elisama, et Baaliada, et Eliphalet. 8 Audientes autem Philisthiim eò quòd unctus esset David in regem super universum Israel, ascenderunt omnes ut quærerent eum: quod cum audisset David, egressus est obviàm eis. 9 Porro Philisthiim venientes, diffusi sunt in valle Raphaim. 10 Con-

[1] *O quitádole de enmedio.* [2] *Por haber separado su alma de su cuerpo.*

Digitized by Google

10 Entonces consultó David al Señor, diciendo: ¿Acometeré yo á los filistéos, y los entregarás tú, *oh Señor*, en mis manos? Respondióle el Señor: Acomete; que yo los pondré en tus manos.

11 Y habiendo avanzado ellos hasta Baal-farasim, allí los derrotó David, y dijo: Ha disipado Dios por mi mano á los enemigos, como se disipan *ó se derraman* las aguas[1]: y por esto se llamó aquel lugar Baal-farasim.

12 Y *los filistéos* dejaron allí sus dioses, los cuales David mandó entregar á las llamas[2].

—13 Otra vez hicieron los filistéos una irrupcion, y se derramaron por el valle.

14 Y David consultó de nuevo á Dios; y Dios[3] le dijo: No vayas tras de ellos: retírate, é irás á acometerlos por enfrente de los perales;

15 y cuando oyeres el ruido de uno que anda por la copa de los perales, entonces darás la batalla. Porque Dios[4] va marchando delante de tí para desbaratar el campo de los filistéos.

16 Hizo pues David lo que Dios le habia mandado, y fué derrotando las tropas de los filistéos desde Gabaon hasta Gazera.

17 Con lo que se divulgó la fama de David por todas las regiones, y el Señor le hizo formidable á todas las gentes.

CAP. XV. *Traslacion del Arca desde la casa de Obededom al Tabernáculo de Sion; y demostraciones de júbilo que hace David, de que se burla Micol su esposa.*

1 Fabricó tambien casas para sí *ó su familia* en la ciudad de David: y edificó para el Arca de Dios un lugar *propio*, y formóle un Tabernáculo.

2 Entonces dijo David: No es lícito que el Arca de Dios sea llevada por otros que por los de la tribu de Leví, escogidos por el Señor para llevarla, y para ser sus ministros perpetuamente.

3 En consecuencia congregó á to-

suluitque David Dominum, dicens: Si ascendam ad Philisthæos, et si trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus: Ascende, et tradam eos in manu tua. 11 Cumque illi ascendissent in Baal-pharasim, percussit eos ibi David, et dixit: Divisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut dividuntur aquæ: et idcirco vocatum est nomen illius loci Baal-pharasim. 12 Dereliqueruntque ibi deos suos, quos David jussit exuri. 13 Alia etiam vice Philisthiim irruerunt, et diffusi sunt in valle. 14 Consuluitque rursum David Deum, et dixit ei Deus: Non ascendas post eos, recede ab eis, et venies contra illos ex adverso pyrorum. 15 Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim Deus ante te, ut percutiat castra Philisthiim. 16 Fecit ergo David sicut præceperat ei Deus, et percussit castra Philisthinorum, de Gabaon usque Gazera. 17 Divulgatumque est nomen David in universis regionibus, et Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes.

CAPUT XV. 1 Fecit quoque sibi domos in civitate David, et ædificavit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum. 2 Tunc dixit David: Illicitum est ut à quocumque portetur arca Dei nisi à Levitis, quos elegit Dominus

[1] *De un rio que sale de madre.* [2] *Deuter.* VII. *v.* 25. [3] *Por medio de un Angel. Véase* Mariana, Sá etc. [4] *Esto es, el* Angel.

Digitized by Google

do Israel en Jerusalen, para trasladar el Arca de Dios al lugar propio que le tenia preparado.

4 Y convocó tambien á los hijos de Aaron y á los levitas.

5 De los hijos de Caath el principal era Uriel, que tenia consigo ciento y veinte hermanos[1].

6 De los hijos de Merari era el principal Asaía, y tenia consigo doscientos y veinte hermanos.

7 De los hijos de Gersom era cabeza Joel, y tenia consigo ciento y treinta hermanos.

8 De los hijos de Elisafan era Semeías el principal, y doscientos sus hermanos.

9 De los hijos de Hebron el principal era Eliel, y ochenta los hermanos que tenia consigo.

10 De los hijos de Oziel era Aminadab el principal, y tenia consigo ciento doce hermanos.

11 Y llamó David en particular á los sacerdotes Sadoc y Abiathar, y á los levitas Uriel, Asaia, Joel, Semeía, Eliel y Aminadab,

12 y díjoles: Vosotros que sois los principales de las familias leviticas, purificáos junto con vuestros hermanos *los demas levitas*, y transportad el Arca del Señor Dios de Israel al lugar que le está preparado:

13 no sea que como ántes nos castigó el Señor, porque vosotros no estabais presentes, acontezca ahora lo mismo, si hacemos alguna cosa que no nos es permitida.

14 Purificáronse pues los sacerdotes y levitas para transportar el Arca del Señor Dios de Israel:

15 y de este modo los hijos de Leví llevaron sobre sus hombros con las varas el Arca de Dios, segun lo habia ordenado Moisés conforme al mandamiento del Señor.

16 Mandó tambien David á los gefes de los levitas que señalasen de entre sus hermanos cantores y tocadores de instrumentos músicos: es á saber, de nablos *ó salterios*, de liras, y de cimbalos; á fin de que resonasen hasta el cielo los sonidos de júbilo.

17 Señalaron pues de las levitas

ad portandum eam, et ad ministrandum sibi usque in æternum. 3 Congregavitque universum Israel in Jerusalem, ut afferretur arca Dei in locum suum, quem præparaverat ei. 4 Necnon et filios Aaron, et Levitas. 5 De filiis Caath, Uriel princeps fuit; et fratres ejus centum viginti. 6 De filiis Merari, Asaia princeps; et fratres ejus ducenti viginti. 7 De filiis Gersom, Joel princeps; et fratres ejus centum triginta. 8 De filiis Elisaphan, Semeias princeps, et fratres ejus ducenti. 9 De filiis Hebron, Eliel princeps; et fratres ejus octoginta. 10 De filiis Oziel, Aminadab princeps; et fratres ejus centum duodecim. 11 Vocavitque David Sadoc, et Abiathar Sacerdotes, et Levitas, Uriel, Asaiam, Joel, Semeiam, Eliel, et Aminadab, 12 et dixit ad eos: Vos qui estis principes familiarum Leviticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, et afferte arcam Domini Dei Israel ad locum qui ei præparatus est: 13 ne ut à principio, quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus; sic et nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus. 14 Sanctificati sunt ergo Sacerdotes, et Levitæ, ut portarent arcam Domini Dei Israel. 15 Et tulerunt filii Levi arcam Dei, sicut præceperat Moyses juxta verbum Domini, humeris suis in vectibus. 16 Dixitque David principibus Levitarum, ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis vi-

[1] *O parientes del mismo linage. Véase* Hermano.

Digitized by Google

á Heman hijo de Joel, y de los hermanos de éste á Asaf, hijo de Baraquías, y de los hijos de Merari, hermanos suyos, á Ethan hijo de Casaía

18 con sus hermanos. En el segundo órden *ó coro* á Zacarías, á Ben, á Jaziel, á Semiramoth, y Jahiel, y Ani: á Eliab, y Banaías, y Maasias, y Mathathias, y Elifalú, y Macenías, y Obededom, y Jehiel, que eran porteros.

19 Los cantores Heman, Asaf y Ethan tocaban los címbalos de bronce:

20 Zacarías, y Oziel, y Semiramoth, y Jahiel, y Ani, y Eliab, y Maasias, y Banaías cantaban al son de nablos *ó salterios* himnos misteriosos.

21 Mathathias, Elifalú, y Macemias, y Obededom, y Jehiel, y Ozaziú cantaban cánticos triunfales con citaras de ocho cuerdas;

22 pero Conenías, gefe de los levitas, era el maestro de capilla para regir la salmodia[1], por ser en ella muy inteligente.

23 Baraquías y Elcana hacian de porteros *ó ugieres* del Arca.

24 Y Sebenias, y Josafat, y Nathanael, y Amasai, y Zacarías, y Banaías, y Eliezer, sacerdotes, tocaban las trompetas *ó clarines* delante del Arca de Dios: Obededom y Jeías eran asimismo porteros del Arca.

25 De este modo David y todos los Ancianos de Israel, y los tribunos[2] fueron á trasladar el Arca del Testamento del Señor de la casa de Obededom *á Jerusalen* con *fiestas y* regocijos.

26 Y por haber Dios asistido *ó mostrádose propicio con los* levitas que llevaban el Arca del Testamento del Señor, fueron inmolados siete toros y siete carneros.

27 Iba David vestido de una ropa talar de biso[3], como tambien todos

delicet, et lyris, et cymbalis, ut resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. 17 Constituerunt que Levitas: Hemam filium Joel, et de fratribus ejus, Asaph filium Barachiæ: de filiis verò Merari fratribus eorum, Ethan filium Casaiæ, 18 et cum eis fratres eorum: in secundo ordine, Zachariam, et Ben, et Jaziel, et Semiramoth, et Jahiel, et Ani, Eliab, et Banaiam, et Maasiam, et Mathathiam, et Eliphalu, et Maceniam, et Obededom, et Jehiel, janitores. 19 Porro cantores, Heman, Asaph, et Ethan, in cymbalis æneis concrepantes. 20 Zacharias autem, et Oziel, et Semiramoth, et Jahiel, et Ani, et Eliab, et Maasias, et Banaias, in nablis arcana cantabant. 21 Porro Mathathias, et Eliphalu, et Macenias, et Obededom, et Jehiel, et Ozaziu, in citharis pro octava canebant epinicion. 22 Chonenias autem princeps Levitarum, prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam: erat quippe valde sapiens. 23 Et Barachias, et Elcana, janitores arcæ. 24 Porro Sebenias, et Josaphat, et Nathanael, et Amasai, et Zacharias, et Banaias, et Eliezer, sacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei: et Obededom, et Jehias erant janitores arcæ. 25 Igitur David, et omnes majores natu Israel, et tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom, cum lætitia. 26 Cumque adjuvisset Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri et septem arietes. 27 Porro David erat indutus stolâ byssinâ, et universi Levitæ qui portabant arcam, cantoresque et Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: David

[1] *Véase* Profeta. [2] *Militares principales.* [3] *De lino fino. Quizá era era una especie de seda.*

Digitized by Google

los levitas que llevaban el Arca, y los cantores, y Conenias su maestro de capilla: mas David estaba tambien revestido de un efod de lino.

28 Y todo Israel acompañaba el Arca del Testamento del Señor con voces de júbilo, y al son de clarines, y trompetas, y timbales[1], y nablos *ó salterios*, y citaras.

29 Asi que el Arca del Testamento del Señor llegó á la ciudad de David, Micol, hija de Saúl, asomándose á mirar desde una ventana, vió al rey David que saltaba y bailaba *delante del Arca*, y le despreció en su corazon.

CAP. XVI. *Colocada el Arca en el Tabernáculo, y ofrecidas las víctimas, se celebra un convite: señálanse los ministros para el servicio del Arca, y se entona un cántico en alabanza del Señor.*

1 Condujeron pues el Arca de Dios, y colocáronla en medio del Tabernáculo que le habia erigido David, y ofrecieron holocaustos y víctimas pacíficas á la presencia de Dios.

2 Y luego que David hubo acabado de ofrecer los holocaustos y las hostias pacíficas, bendijo al pueblo en el nombre del Señor;

3 y distribuyó á todos uno por uno, á hombres y mugeres, una torta de pan y una racion de carne de vaca asada, y flor de harina frita en aceite[2].

4 Y señaló de entre los levitas los que habian de ejercer el ministerio delante del Arca del Señor, y hacer conmemoracion de sus obras *ó maravillas*, y glorificar y alabar al Señor Dios de Israel.

5 Nombró á Asaf su principal *ó gefe*, y por su segundo á Zacarías: seguian despues Jahiel, y Semiramoth, y Jehiel, y Mathathias, y Eliab, y Banaias, y Obededom: á Jehiel para los instrumentos de salterios y liras *ó harpas*; y á Asaf para tocar los címbalos.

6 Pero Banaias y Jaziel, sacerdotes, tenian la incumbencia de tocar en todos los tiempos *señalados*

autem etiam indutus erat ephod lineo. 28 Universusque Israel deducebant arcam fœderis Domini in jubilo, et sonitu bucinæ, et tubis, et cymbalis, et nablis, et cytharis concrepantes. 29 Cumque pervenisset arca fœderis Domini usque ad civitatem David, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem David saltantem atque ludentem, et despexit eum in corde suo.

CAPUT XVI. 1 Attulerunt igitur arcam Dei et constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David: et obtulerunt holocausta, et pacifica coram Deo. 2 Cumque complesset David offerens holocausta, et pacifica, benedixit populo in nomine Domini. 3 Et divisit universis per singulos à viro usque ad mulierem, tortam panis, et partem assæ carnis bubalæ, et frixam oleo similam. 4 Constituitque coram arca Domini de Levitis, qui ministrarent, et recordarentur operum ejus, et glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel: 5 Asaph principem; et secundum ejus Zachariam: porro Jahiel, et Semiramoth, et Jehiel, et Mathathiam, et Eliab, et Banaiam, et Obededom: Jehiel super organa psalterii, et lyras: Asaph autem ut cymbalis personaret: 6 Banaiam verò et Jaziel sacerdotes canere tubâ jugiter coram arca fœderis Domini. 7 In illo die fecit Da-

[1] *Así traduce el P. Mariana.* [2] *La voz* haschischa, *que se lee en el hebréo en lugar de* flor de harina, *significa tambien* lagena, cántaro, ó jarro de vino.

Digitized by Google

las trompetas delante del Arca del Testamento del Señor.

7 En aquel dia eligió David á Asaf por primer cantor, para que cantara las alabanzas al Señor, con sus hermanos, *diciendo:*

8 Alabad al Señor, é invocad su Nombre: publicad sus obras entre las gentes:

9 cantadle himnos al son de los instrumentos, y anunciad todas sus maravillas.

10 Alabad su santo Nombre: alégrese el corazon de los que buscan al Señor.

11 Id en busca del Señor, y de la fortaleza que de él viene: buscad en todo tiempo estar en su presencia.

12 Traed á la memoria las maravillas que hizo, los prodigios que obró, y las leyes salidas de su boca.

13 Hijos somos de Israel su siervo: hijos de Jacob su escogido.

14 El es el Señor nuestro Dios: él es quien juzga *y gobierna* todo el universo.

15 Acordáos eternamente de su pacto, de su promesa anunciada á todas las generaciones venideras;

16 promesa *ó pacto* que él estipuló con Abraham: del juramento que hizo á Isaac,

17 y que confirmó á Jacob como un estatuto *inviolable*, y á Israel como un pacto sempiterno,

18 diciendo: Yo te daré la tierra de Canaan, la cual será vuestra herencia.

19 Y *decia* esto, siendo los *israelitas* pocos en número, pobres y estrangeros en ella.

20 Y mientras andaban peregrinando de una nacion en otra, y de un reino á otro reino,

21 no permitió que nadie les ofendiese; antes por amor de ellos castigó á los Reyes.

22 Guardaos bien (*dijo*) de tocar á mis ungidos; ni de hacer daño á mis profetas.

23 Cantad, *pues*, ó criaturas todas de la tierra, himnos al Señor, anunciad todos los dias la salvacion que él *nos* envia[1].

24 Publicad su gloria entre las naciones, y sus maravillas entre todos los pueblos.

25 Porque grande es el Señor, y

vid principem ad confitendum Domino Asaph, et fratres ejus. 8 Confitemini Domino, et invocate nomen ejus, notas facite in populis adinventiones ejus. 9 Cantate ei, et psallite ei, et narrate omnia mirabilia ejus. 10 Laudate nomen sanctum ejus, lætetur cor quærentium Dominum. 11 Quærite Dominum, et virtutem ejus: quærite faciem ejus semper. 12 Recordamini mirabilium ejus, quæ fecit: signorum illius, et judiciorum oris ejus. 13 Semen Israel servi ejus: filii Jacob electi ejus. 14 Ipse Dominus Deus noster, in universa terra judicia ejus. 15 Recordamini in sempiternum pacti ejus: sermonis, quem præcepit in mille generationes. 16 Quem pepigit cum Abraham, et juramenti illius cum Isaac, 17 et constituit illud Jacob in præceptum, et Israel in pactum sempiternum, 18 dicens: tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ. 19 Cum essent pauci numero, parvi et coloni ejus. 20 Et transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. 21 Non dimisit quemquam calumniari eos, sed increpavit pro eis reges. 22 Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. 23 Cantate Domino omnis terra: annuntiate ex die in diem salutare ejus. 24 Narrate in gentibus gloriam ejus: in cunctis populis mira-

[1] *Y la libertad que nos ha concedido. Véase* Salud.

Digitized by Google

digno de ser infinitamente alabado. Es sobre todos los dioses formidable;

26 pues todos los dioses de las gentes son unos simulacros vanos: mas el Señor *es el que* ha criado los cielos.

27 Circuido está *por todas partes* de gloria y de grandeza. La fortaleza y el gozo estan donde él se muestra.

28 Tributad, ó pueblos, con todas vuestras familias, tributad al Señor la gloria y el poder.

29 Tributad al Señor la gloria debida á su *santo* Nombre; presentadle sacrificios, y venid á su presencia, y adorad al Señor en su magnífico Santuario.

30 Conmuévase delante de él la tierra toda: puesto que él es el que fundó el universo sobre inmobles cimientos.

31 Alégrense los cielos, y salte de gozo la tierra; y publíquese entre las naciones: El Señor *Dios* es el Rey.

32 Resuene el mar[1], y cuanto en sí contiene: alborózense los campos, y cuanto en ellos hay.

33 Entonces será cuando los árboles del desierto entonarán las alabanzas al Señor; porque ha venido á juzgar la tierra.

34 Glorificad al Señor por su bondad *inmensa*; porque es eterna su misericordia.

35 Y decid: Sálvanos, ó Dios, Salvador nuestro: reúnenos, sacándonos de entre las gentes, para que demos gloria á tu santo Nombre, y nos regocijemos cantando tus alabanzas.

36 Bendito sea el Señor Dios de Israel para siempre eternamente: y diga todo el pueblo: Amen, y tribute loores al Señor.

—37 Dejó pues David alli delante del Arca del Testamento del Señor á Asaf con sus hermanos, para que de contínuo ejerciesen su ministerio delante del Arca todos los dias, y por sus turnos.

38 Tambien dejó á Obededom con sus hermanos, que eran sesenta y ocho; y puso por porte-

bilia ejus. 25 Quia magnus Dominus, et laudabilis nimis, et horribilis super omnes deos. 26 Omnes enim dii populorum, idola: Dominus autem cœlos fecit. 27 Confessio et magnificentia coram eo: fortitudo et gaudium in loco ejus. 28 Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam et imperium. 29 Date Domino gloriam, nomini ejus: levate sacrificium, et venite in conspectu ejus: et adorate Dominum in decore sancto. 30 Commoveatur à facie ejus omnis terra; ipse enim fundavit orbem immobilem. 31 Lætentur cœli et exultet terra, et dicant in nationibus: Dominus regnavit. 32 Tonet mare, et plenitudo ejus: exultent agri, et omnia quæ in eis sunt. 33 Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino: quia venit judicare terram. 34 Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia ejus. 35 Et dicite: Salva nos, Deus Salvator noster; et congrega nos, et erue de gentibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, et exultemus in carminibus tuis. 36 Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno usque in æternum: et dicat omnis populus: Amen, et hymnum Domino. 37 Reliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini, Asaph et fratres ejus, ut ministrarent in conspectu arcæ jugiter, per singulos dies, et vices suas. 38 Porro Obededom et fratres ejus sexaginta octo; et Obededom filium Idithun, et

[1] *Con sus hinchadas olas.*

Digitized by Google

ros á Obededom, hijo de Idithun, y á Hosa.

39 Al mismo tiempo destinó al pontífice Sadoc, y á los sacerdotes sus hermanos al servicio del tabernáculo del Señor, que se conservaba en el lugar escelso en Gabaon,

40 para que ofreciesen continuamente holocaustos al Señor mañana y tarde, sobre el altar de los holocaustos, conforme á todo lo dispuesto en la Ley del Señor prescrita á Israel.

41 Despues de Sadoc seguian Heman é Idithun, y los demas escogidos y señalados cada cual por su nombre para alabar al Señor diciendo: Que es eterna su misericordia.

42 El mismo Hemán, é Idithun sonaban las trompetas, y tocaban los cimbalos, *ó platillos*, y todos los instrumentos músicos, cantando himnos al Señor. A los hijos de Idithun los destinó para guardar las puertas.

43 Despues volvióse todo el pueblo cada cual á su casa, y David á la suya para bendecirla[1].

CAP. XVII. *Promete Dios á David un hijo que edificará el templo que meditaba él fabricar; por lo cual tributa al Señor acciones de gracias, celebrando la misericordia que con él usa.*

1 Morando ya David en su palacio, dijo al profeta Nathan: Hé aqui que yo habito en una casa de cedro; mientras el Arca del Testamento del Señor está[2] debajo de una cubierta de pieles.

2 Respondió Nathan á David: Haz todo cuanto te inspira tu corazon: porque Dios está contigo.

3 Mas aquella misma noche habló Dios á Nathan, diciendo:

4 Ve y di á mi siervo David: Esto dice el Señor: No me edificarás tú la casa *ó el Templo* para mi habitacion.

5 En verdad que yo no he tenido casa fija desde el tiempo en que saqué á Israel *de Egipto* hasta el dia de hoy, sino que he andado siempre mudando el lugar de mi re-

Hosa constituit janitores. 39 Sadoc autem sacerdotem, et fratres ejus sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso quod erat in Gabaon, 40 ut offerrent holocausta Domino super altare holocautomatis jugiter, manè et vesperè, juxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli. 41 Et post eum Heman, et Idithun, et reliquos electos, unumquemque vocabulo suo ad confitendum Domino: Quoniam in æternum misericordia ejus. 42 Heman quoque et Idithun canentes tubâ, et quatientes cymbala, et omnia musicorum organa, ad canendum Deo: filios autem Idithun fecit esse portarios. 43 Reversusque est omnis populus in domum suam; et David, ut benediceret etiam domui suæ.

CAPUT XVII. 1 Cum autem habitaret David in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est. 2 Et ait Nathan ad David: Omnia quæ in corde tuo sunt, fac: Deus enim tecum est. 3 Igitur nocte illa factus est sermo Dei ad Nathan, dicens: 4 Vade, et loquere David servo meo: Hæc dicit Dominus: Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. 5 Neque enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel, usque ad diem hanc: sed fui semper

[1] *O celebrar un festin con su familia.* [2] *Todavia en una tienda de campaña.*

Digitized by Google

sidencia, y alojándome debajo de una tienda

6 como todo Israel. ¿Por ventura hablé yo jamas una palabra á ninguno de los Jueces de Israel, á quienes encargué el gobierno de mi pueblo, diciéndoles: Por qué no me habeis edificado una casa de cedro?

7 Dirás pues ahora tú á mi siervo David: Mira lo que dice el Señor de los ejercitos: Yo te escogí, cuando tú apascentabas los rebaños; para que fueses caudillo del pueblo mio de Israel,

8 y contigo he andado en todas tus marchas, y en tu presencia he derrotado á todos tus enemigos, y te he dado nombradia, cual puede tenerla uno de los magnates que son famosos sobre la tierra.

9 He dado tambien habitacion fija á mi pueblo de Israel, en la cual se arraigará y permanecerá, y de donde no será jamás removido, *como me obedezca;* ni los hijos de la iniquidad le oprimirán como ántes,

10 desde aquel tiempo en que di Jueces á mi pueblo de Israel, y humillé á todos tus enemigos. Te hago pues saber, que el Señor te ha de fundar á tí una casa *estable.*

11 Y cumplidos que sean tus dias, asi que hayas ido á reunirte con tus padres, yo alzaré despues de tí á uno de tu linage, á uno de tus hijos, y le daré un reino estable.

12 Ese me edificará la Casa, y yo aseguraré su trono para siempre[1].

13 Yo le seré padre, y él me será hijo; y no apartaré de él mi misericordia, como la aparté de *Saúl* tu antecesor.

14 Y le daré el gobierno de mi casa y de mi reino para siempre; y su trono será inmoble eternamente.

15 Nathan espuso á David todas estas palabras, y toda esta vision.

mutans loca tabernaculi, et in tentorio 6 manens cum omni Israel. Nunquid locutus sum saltem uni judicum Israel, quibus præceperam ut pascerent populum meum, et dixi: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? 7 Nunc itaque sic loqueris ad servum meum David: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te, cum in pascuis sequereris gregem, ut esses dux populi mei Israel. 8 Et fui tecum quocumque perrexisti, et interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecique tibi nomen quasi unius magnorum, qui celebrantur in terra. 9 Et dedi locum populo meo Israel: plantabitur, et habitabit in eo, et ultra non commovebitur: nec filii iniquitatis atterent eos, sicut à principio, 10 ex diebus quibus dedi judices populo meo Israel, et humiliavi universos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi Dominus domum. 11 Cumque impleveris dies tuos ut vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, et stabiliam regnum ejus. 12 Ipse ædificabit mihi domum, et firmabo solium ejus usque in æternum. 13 Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium: et misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. 14 Et statuam eum in domo mea, et in regno meo usque in sempiternum: et thronus ejus erit fir-

[1] *Literalmente se entienden estas palabras de aquel Rey, hijo de David segun la carne, que es el objeto principal de las promesas de Dios, y de la esperanza de los judios, á quien se refieren todas las Sagradas Escrituras. Asi nos lo enseña san Pablo Hebr.* I. *v.* 5.

Digitized by Google

16 Y habiendo entrado dentro el rey David, puesto en presencia del Señor, dijo: ¡Quién soy yo, ó Señor Dios, y qué es mi casa para que hayas hecho por mí tales cosas!

17 Y aun esto ha parecido poco á tus ojos, que todavia has hablado sobre la casa de tu siervo, aun para los tiempos venideros, y me has hecho esclarecido sobre todos los hombres, ó Señor Dios *mio*.

18 ¡Qué mas le queda que desear á David, habiendo tú ensalzado tanto á tu siervo, y dádole tales muestras de aprobacion!

19 O Señor, por amor de tu siervo has obrado segun tu beneplácito, con toda esta magnificencia, y has querido manifestar*le* todas tus grandezas.

20 Señor, no hay semejante á tí: ni hay otro Dios sino tú entre todos los que han llegado á nuestra noticia.

21 Porque ¿qué otro pueblo hay como el pueblo tuyo de Israel, esta nacion única sobre la tierra, á la cual haya venido Dios para libertarla y hacerla su pueblo, arrojando con su poder y á fuerza de prodigios espantosos las naciones todas de delante de este pueblo, librado por él *de la esclavitud* de Egipto?

22 Y estableciste por pueblo tuyo para siempre á tu pueblo de Israel; y tú, Señor, has venido á ser su Dios.

23 Ahora pues, ó Señor, confirmada quede para siempre la promesa que has hecho á tu siervo, y en órden á su casa, y haz lo que tienes dicho,

24 y llévese á efecto *en Israel*; á fin de que sea eternamente ensalzado tu Nombre, y se diga *siempre*: El Señor de los ejércitos es el Dios de Israel, y la casa de su siervo David permanece estable delante de él.

25 Puesto que tú, Señor Dios mio, revelaste al oido de tu siervo que quieres fundarle una casa; y por eso tu siervo se atreve á

missimus in perpetuum. 15 Juxta omnia verba hæc, et juxta universam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David. 16 Cumque venisset rex David, et sedisset coram Domino, dixit: Quis ego sum, Domine Deus, et quæ domus mea, ut præstares mihi talia? 17 sed et hoc parum visum est in conspectu tuo, ideoque locutus es super domum servi tui etiam in futurum: et fecisti me spectabilem super omnes homines, Domine Deus. 18 Quid ultra addere potest David, cum ita glorificaveris servum tuum, et cognoveris eum? 19 Domine, propter famulum tuum juxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, et nota esse voluisti universa magnalia. 20 Domine, non est similis tui: et non est alius Deus absque te, ex omnibus, quos audivimus auribus nostris. 21 Quis enim est alius, ut populus tuus Israel, gens una in terra, ad quam perrexit Deus, ut liberaret, et faceret populum sibi, et magnitudine sua atque terroribus ejiceret nationes à facie ejus, quem de Ægypto liberarat? 22 Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum usque in æternum, et tu, Domine, factus es Deus ejus. 23 Nunc igitur, Domine, sermo, quem locutus es famulo tuo, et super domum ejus, confirmetur in perpetuum, et fac sicut locutus es. 24 Permaneatque, et magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, et dicatur: Dominus exercituum Deus Israel, et domus David servi ejus permanens coram eo. 25 Tu enim, Domine Deus meus, revelasti auriculam servi tui, ut ædificares ei domum: et idcirco in-

Digitized by Google

presentar delante de ti esta súplica.

26 Ahora pues, ó Señor, tú eres Dios *infalible*, y tú has prometido á tu siervo tan grandes favores,

27 y has comenzado á bendecir la casa de tu siervo, á fin de que ella subsista siempre delante de ti; porque bendiciéndola tú, ó Señor, será perpetuamente bendita.

CAP. XVIII. *Nuevas victorias de David; tributos impuestos á las naciones. Ministros y Generales suyos.*

1 Pasadas estas cosas, David derrotó á los filistéos, y humillólos, y recobró del poder de ellos á Geth y sus aldeas.

2 Derrotó tambien á los moabitas, y quedaron sujetos á David, al cual pagaban tributo.

3 Por este mismo tiempo venció asimismo David á Adarezer Rey de Soba, en el pais de Emath, cuando éste salió á campaña para estender su imperio hasta el rio Eufrates.

4 En consecuencia David le cogió mil carros *de guerra* de á cuatro caballos, y siete mil soldados de caballería, y veinte mil de infantería, y desjarretó todos los caballos de los carros, á escepcion de cien tiros de cuatro caballos, que reservó para sí.

5 Y habiendo sobrevenido los siros de Damasco para socorrer á Adarezer Rey de Soba, les mató David veinte y dos mil hombres.

6 Y puso guarnicion en Damasco para que tambien la Siria le estuviese sujeta y le pagase tributo. En todas sus empresas le asistió al Señor con su auxilio.

7 Fuera de esto cogió David las aljabas de oro, que habian sido de los siervos *ú oficiales* de Adarezer, y trajolas á Jerusalen;

8 y tambien grandísima cantidad de bronce de Tebath y de Cun, ciudades de Adarezer, de cuyo metal hizo Salomon el mar *ó gran concha* de bronce, y las columnas y *demas* utensilios de bronce.

9 Habiendo pues oido Thou, Rey de Emath, como David habia des-

venit servus tuus fiduciam, ut oret coram te. 26 Nunc ergo, Domine, tu es Deus, et locutus es ad servum tuum tanta beneficia. 27 Et cœpisti benedicere domui servi tui, ut sit semper coram te: te enim, Domine, benedicente, benedicta erit in perpetuum.

CAPUT XVIII. 1 Factum est autem post hæc, ut percuteret David Philisthiim, et humiliaret eos, et tolleret Geth, et filias ejus, de manu Philisthiim, 2 percuteretque Moab, et fierent Moabitæ servi David, offerentes ei munera. 3 Eo tempore percussit David etiam Adarezer regem Soba regionis Hamath quando perrexit ut dilataret imperium suum usque ad flumen Euphratem. 4 Cepit ergo David mille quadrigas ejus, et septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, subnervavitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reservavit sibi. 5 Supervenit autem et Syrus Damascenus ut auxilium præberet Adarezer regi Soba: sed et hujus percussit David viginti duo millia virorum. 6 Et posuit milites in Damasco, ut Syria quoque serviret sibi, et offerret munera. Adjuvitque eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat. 7 Tulit quoque David pharetras aureas, quas habuerant servi Adarezer, et attulit eas in Jerusalem. 8 Necnon de Thebath et Chun urbibus Adarezer, æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, et columnas, et vasa ænea. 9 Quod cum audisset Thou rex Ha-

Digitized by Google

hecho todo el ejército de Adarezer Rey de Soba,

10 envió á Adoram su hijo al rey David para pedirle la paz y congratularse con él por haber vencido y subyugado á Adarezer; porque era Thou enemigo de Adarezer.

11 Consagró tambien David al Señor todos los vasos de oro, y de plata, y de bronce, con la plata y el oro que habia recogido de todas las gentes, asi de Iduméa, y de Moab, y de los ammonitas, como de los filistéos y de los amalecitas.

12 Por otra parte Abisaí, hijo de Sarvia, derrotó en el valle de las Salinas á diez y ocho mil iduméos.

13 Y puso guarnicion en la Iduméa, á fin de que estuviese sujeta[1] á David; y salvó el Señor á David en todas las espediciones que emprendió.

14 Reinó pues David sobre todo Israel; y juzgaba con rectitud, y administraba justicia á todo su pueblo.

15 Joab hijo de Sarvia era el general de los ejércitos; y Josafat hijo de Ahilud era canciller:

16 Sadoc hijo de Aquitob, y Aquimelec hijo de Abiathar, eran *Sumos* sacerdotes, y Susa, secretario.

17 Banaias hijo de Joiada era comandante de las legiones de los Cerethéos y Felethéos. Pero los hijos de David eran los principales en el servicio del Rey.

scripta sunt in isto volumine. 22 Abiit ergo Helcias, et hi qui simul à rege missi fuerant, ad Oldam prophetidem, uxorem Sellum filii Thecuath, filii Hasra custodis vestium: quæ habitabat in Jerusalem in Secunda: et locuti sunt ei verba, quæ suprà narravimus. 23 At illa respondit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: 24 Hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam mala super locum istum, et super habitatores ejus, cunctaque maledicta, quæ scripta sunt in Libro hoc, quem legerunt coram rege Juda. 25 Quia dereliquerunt me, et sacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum suarum, idcircò stillabit furor meus super locum istum, et non extinguetur. 26 Ad regem autem Juda, qui misit vos pro Domino deprecando sic loquimini: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quoniam audisti verba voluminis, 27 atque emollitum est cor tuum, et humiliatus es in conspectu Dei, super his quæ dicta sunt contra locum hunc, et habitatores Jerusalem, reveritusque faciem meam, scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me: ego quoque exaudivi te, dicit Dominus. 28 Jam enim colligam te ad patres tuos, et inferêris in sepulchrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, et super habitatores ejus. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. 29 At ille convocatis universis majoribus natu Juda et Jerusalem, 30 ascendit in domum Domini, unaque omnes viri Juda et habitatores Jerusalem, Sacerdotes et Levitæ, et cunctus populus à minimo us-

Digitized by Google

pequeños. Y estando todos con atencion en el templo del Señor, leyó el Rey el Libro palabra por palabra;

31 y puesto en pié en su estrado *ó solio*, hizo pacto *ó prometió* delante del Señor de caminar en pos de él, y de observar sus preceptos y leyes, y ceremonias, con todo su corazon, y con toda su alma, y de hacer todas las cosas escritas en el Libro, que acababa de leer;

32 é hizo jurar lo mismo á todos los que se hallaban en Jerusalén y en Benjamin; y los habitantes de Jerusalén confirmaron el pacto del Señor Dios de sus padres.

33 Estirpó pues Josías todas las abominaciones de todo el pais de los hijos de Israel; é hizo que cuantos quedaron habitando en Israel sirviesen al Señor Dios suyo. Mientras él vivió, no abandonaron al Señor Dios de sus padres.

CAP. XXXV. *Pascua celebrada con grandísima solemnidad por Josías. Herido mortalmente en la guerra contra el Rey de Egipto, muere llorado de todos, y especialmente de Jeremías.*

1 Celebró asimismo Josías en Jerusalén la Pascua del Señor, la cual fué inmolada en el dia catorce del mes primero.

2 Para lo cual hizo que los sacerdotes ejerciesen sus funciones, y los exhortó al cumplimiento de su ministerio en la Casa del Señor.

3 Dijo tambien á los levitas, por cuyas instrucciones se santificaba todo Israel para el *culto del* Señor: Colocad *otra vez* el Arca en el santuario del templo, edificado por Salomon, hijo de David Rey de Israel: porque ya no la tendreis que llevar mas *de una á otra parte*. Ahora pues servid al Señor Dios vuestro, y á su pueblo de Israel;

4 y estad apercibidos casa por casa, y familia por familia, segun la distribucion hecha de cada uno de vosotros, asi como lo ordenó David Rey de Israel, y dejó por escrito su hijo Salomon.

5 Y ejerced vuestras funcio-

que ad maximum. Quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis: 31 et stans in tribunali suo, percussit fœdus coram Domino, ut ambularet post eum, et custodiret præcepta, et testimonia, et justificationes ejus, in toto corde suo, et in tota anima sua, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo, quod legerat. 32 Adjuravit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Jerusalem et Benjamin: et fecerunt habitatores Jerusalem juxta pactum Domini Dei patrum suorum. 33 Abstulit ergo Josias cunctas abominationes de universis regionibus filiorum Israel: et fecit omnes qui residui erant in Israel, servire Domino Deo suo. Cunctis diebus ejus non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

CAPUT XXXV. 1 Fecit autem Josias in Jerusalem Phase Domino, quod immolatum est quartadecima die mensis primi: 2 et constituit Sacerdotes in officiis suis, hortatusque est eos ut ministrarent in domo Domini. 3 Levitis quoque ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est: Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificavit Salomon filius David rex Israel, nequaquam enim eam ultrà portabitis: nunc autem ministrate Domino Deo vestro, et populo ejus Israel. 4 Et præparate vos per domos et cognationes vestras in divisionibus singulorum, sicut præcepit David rex Israel, et descripsit Salomon filius ejus. 5 Et ministrate in sanctuario per familias turmasque Leviticas, 6 et sanctificati immolate Phase:

Digitized by Google

nes en el Santuario, observando la distribucion de familias y de las clases levíticas;

6 y despues de haberos santificado, inmolad el Cordero pascual, y disponed tambien á vuestros hermanos *purificándolos*, para que le puedan inmolar, conforme mandó el Señor por boca de Moisés.

— 7 Demas de esto Josías dió á todo el pueblo que se halló allí en la solemnidad de la Pascua, corderos y cabritos de los rebaños, y otras reses, hasta treinta mil, y asimismo tres mil bueyes: todo esto lo dió el Rey de su hacienda.

8 Tambien sus oficiales *ó magnates* presentaron lo que espontáneamente habian ofrecido, tanto al pueblo como á los sacerdotes y levitas. Además Helcias *Sumo sacerdote*, y Zacarías y Jahiel, principales de la Casa del Señor, dieron á los sacerdotes para celebrar la Pascua entre unas y otras dos mil y seiscientas reses menores, y trescientos bueyes.

9 Igualmente Conenías, y Semeías, y Nathanael con sus hermanos, y Hasabías, y Jehiel, y Jozabad, príncipes de los levitas, dieron á los otros levitas para la celebracion de la Pascua cinco mil reses menores y quinientos bueyes.

— 10 Preparado todo lo necesario para la funcion, los sacerdotes estuvieron prontos á su oficio; é igualmente los levitas divididos en sus compañías, conforme al mandato del Rey.

11 Inmolóse pues la pascua[1]; y los sacerdotes derramaban con sus manos la sangre, y los levitas desollaban las víctimas[2].

12 Separáronlas luego para repartirlas casa por casa y familia por familia, á fin de que fuesen ofrecidas al Señor, del modo que está escrito en el Libro de Moisés; é hicieron lo mismo con los bueyes.

13 Y asaron los corderos pascuales al fuego, conforme está escrito en la Ley. En cuanto á las víctimas pacíficas, las cocieron en cal-

fratres etiam vestros, ut possint juxta verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate. 7 Dedit præterea Josias omni populo, qui ibi fuerat inventus in solemnitate Phase, agnos et hœdos de gregibus, et reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia: hæc de regis universa substantia. 8 Duces quoque ejus, sponte quod voverant, obtulerunt tam populo quàm Sacerdotibus et Levitis. Porrò Helcias, et Zacharias, et Jahiel principes domus Domini, dederunt sacerdotibus ad faciendum Phase pecora commixtim duo milia sexcenta, et boves trecentos. 9 Chonenias autem, et Semeias, etiam Nathanael, fratres ejus, necnon Hasabias, et Jehiel, et Jozabad, principes Levitarum, dederunt ceteris Levitis ad celebrandum Phase quinque millia pecorum, et boves quingentos. 10 Præparatumque est ministerium et steterunt sacerdotes in officio suo: Levitæ quoque in turmis, juxta regis imperium. 11 Et immolatum est Phase: asperseruntque Sacerdotes manu sua sanguinem, et Levitæ detraxerunt pelles holocaustorum: 12 et separaverunt ea ut darent per domos et familias singulorum, et oferrentur Domino, sicut scriptum est in Libro Moysi: de bobus quoque fecerunt similiter. 13 Et assaverunt Phase super ignem, juxta quod in lege scriptum est: pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, et cacabis, et ollis, et fes-

[1] *O los corderos pascuales.* [2] *No bastando para hacerlo los sacerdotes, que eran en corto número. Antes c.* XXX. *v.* 17. XXIX. *v.* 34.

Digitized by Google

deros, marmitas y ollas; é inmediatamente las distribuian á toda la plebe.

14 Y para sí y para los sacerdotes las hicieron cocer despues; porque los sacerdotes estuvieron ocupados hasta la noche en la ofrenda de los holocaustos, y de las grosuras; por cuyo motivo los levitas no las prepararon para sí y para los sacerdotes hijos de Aaron, hasta despues de todos.

15 Entretanto los cantores hijos de Asaf estaban en su coro, conforme á lo dispuesto por David, y por Asaf, y Heman, é Idithun profetas del Rey; y los porteros estaban de guardia en cada una de las puertas, sin apartarse ni por un instante de su ministerio: por eso sus hermanos los levitas les aparejaron tambien la comida.

16 De esta suerte se cumplió, segun rito, con todo el culto del Señor en aquel dia, celebrando la Pascua, y ofreciendo los holocaustos sobre el altar del Señor, conforme á la órden del rey Josias.

17 Asi pues los hijos de Israel que se hallaron alli, celebraron entonces la Pascua y la fiesta de los ázimos por siete dias.

18 No hubo Pascua semejante á esta en Israel desde el tiempo del profeta Samuel; ni hubo ninguno de todos los Reyes de Israel que como Josias celebrase una tal pascua con los sacerdotes y levitas y con todo Judá y cuantos se hallaron alli de Israel, y con los habitantes de Jerusalen.

19 Celebróse esta Pascua el año décimo octavo del reinado de Josias.

20 Despues de haber Josias restaurado el templo, Necao Rey de Egipto salió á campaña para sitiar á Carcamis[1], contigua al Eufrates; y Josias[2] marchó contra él.

21 Pero Necao envió á decirle por sus embajadores: ¿Qué motivo hay de disension entre noso-

tinato distribuerunt universæ plebi: 14 sibi autem, et sacerdotibus posteà paraverunt: nam in oblatione holocaustorum et adipum usque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: unde Levitæ sibi, et Sacerdotibus filiis Aaron paraverunt novissimis. 15 Porrò cantores filii Asaph stabant in ordine suo, juxta præceptum David, et Asaph, et Heman, et Idithun, prophetarum regis: Janitores verò per portas singulas observabant, ita ut nec puncto quidem discederent à ministerio: quam ob rem et fratres eorum Levitæ paraverunt eis cibos. 16 Omnis igitur cultura Domini ritè completa est in die illa, ut facerent Phase, et offerent holocausta super altare Domini, juxta præceptum regis Josiæ. 17 Feceruntque filii Israel, qui reperti fuerant ibi, Phase in tempore illo, et solemnitatem azymorum septem diebus. 18 Non fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase sicut Josias, Sacerdotibus, et Levitis, et omni Judæ, et Israel qui repertus fuerat, et habitantibus in Jerusalem. 19 Octavo decimo anno regni Josiæ hoc Phase celebratum est. 20 Postquam instauraverat Josias templum, ascendit Nechao, rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis juxta Euphratem: et processit in occursum ejus Josias. 21 At ille, missis ad eum nuntiis, ait: Quid mihi et tibi est, rex Juda? non adversum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam

[1] *Ciudad de los asirios.* [2] *Tal vez sin consultar á Dios.*

Digitized by Google

tros dos, ó Rey de Judá? Yo no vengo ahora á pelear contra tí, sino contra otra casa, contra la cual Dios me ha mandado salir á toda priesa: deja pues de oponerte á Dios, el cual está conmigo; no sea que el Señor te quite la vida.

22 No quiso Josias retirarse, sino que se preparó para darle batalla, sin querer escuchar las palabras de Necao, que eran de Dios; y avanzó para venir á las manos en el campo de Mageddo.

23 Alli fué herido por los flecheros, y dijo á sus criados: Sacadme fuera del combate, pues estoy gravemente herido.

24 Ellos le pasaron de su coche á otro, que le seguia segun estilo de los Reyes, y le llevaron á Jerusalen, donde murió; y fué sepultado en el panteon de sus padres. Lloráronle todo Judá y Jerusalen;

25 sobre todo Jeremias, cuyas lamentaciones sobre Josias repiten todos los cantores y cantoras hasta hoy dia: tanto que ha venido á ser *este uso* como una ley en Israel. Se hallan escritas estas cosas entre las lamentaciones.

26 Las demas acciones de Josias y sus buenas obras, segun lo que está prescrito en la Ley del Señor,

27 sus hechos, *digo*, desde el principio al fin, está todo escritito en el libro de los Reyes de Judá y de Israel.

CAP. XXXVI. *Joacaz, Joakim, Joaquin, y Sedecias últimos Reyes de Judá; y su cautiverio. Nabúcodonosor destruye á Jerusalen. Ciro permite que los judios vuelvan á ella.*

1 Entonces el pueblo de la tierra tomó á Joacaz, *cuarto* hijo de Josias, y le alzó por Rey en Jerusalen en lugar de su padre.

2 De veinte y tres años era Joacaz cuando comenzó á reinar; y tres meses reinó en Jerusalen.

3 Porque el Rey de Egipto viniendo á Jerusalen le depuso, y multó el pais en cien talentos de plata y un talento de oro;

4 y en lugar de él estableció por Rey sobre Judá y Jerusalen á su hermano Eliakim *primogénito de Josias*, cambiándole el nombre

me Deus festinatò ire præcepit: desine adversum Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. 22 Noluit Josias reverti, sed præparavit contra eum bellum, nec acquievit sermonibus Nechao ex ore Dei: verùm perrexit ut dimicaret in campo Mageddo. 23 Ibique vulneratus à sagitariis, dixit pueris suis: Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus sum. 24 Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio, et asportaverunt eum in Jerusalem, mortuusque est, et sepultus in mausoleo patrum suorum: et universus Juda et Jerusalem luxerunt eum: 25 Jeremias maximè, cujus omnes cantores atque cantatrices, usque in præsentem diem, lamentationes super Josiam replicant; et quasi lex obtinuit in Israel. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. 26 Reliqua autem sermonum Josiæ et misericordiarum ejus, quæ lege præcepta sunt Domini; 27 opera quoque illius prima et novissima, scripta sunt in Libro regum Juda et Israel.

CAPUT XXXVI. 1 Tulit ergo populus terræ Joachaz filium Josiæ et constituit regem pro patre suo in Jerusalem. 2 Viginti trium annorum erat Joachaz cum regnare cœpisset, et tribus mensibus regnavit in Jerusalem. 3 Amovit autem eum rex Ægypti cum venisset in Jerusalem, et condemnavit terram centum talentis argenti, et talento auri. 4 Constituitque pro eo regem Eliakim fratrem ejus, super Judam et Jerusalem: et vertit nomen ejus Joakim:

Digitized by Google

en el de Joakim; y se llevó consigo á Joacaz, y le condujo á Egipto.

5 Veinte y cinco años tenia Joakim cuando entró á reinar, y once años reinó en Jerusalen; é hizo el mal en la presencia del Señor su Dios.

6 Contra éste vinó Nabucodonosor Rey de los caldéos, y le condujo atado con cadenas á Babilonia [1];

7 á donde transportó tambien los vasos del Señor, y los colocó en su templo.

8 Las otras acciones de Joakim, y las abominaciones que cometió, y las *maldades* que se hallaron en él, se contienen en el libro de los Reyes de Judá y de Israel. Sucedióle en el reino su hijo Joaquin.

9 De ocho años era Joaquin cuando entró á reinar, y tres meses y diez dias reinó en Jerusalen; é hizo el mal en la presencia del Señor.

10 Corriendo el año, envió el rey Nabucodonosor sus gentes á prenderle y le condujeron á Babilonia, transportando al mismo tiempo los vasos mas preciosos del templo del Señor. E hizo Rey de Judá y de Jerusalen á Sedecias su tio paterno.

11 Veinte y un años tenia Sedecias cuando empezó á reinar, y once años reinó en Jerusalen.

12 E hizo el mal delante de los ojos del Señor su Dios: ni respetó la persona de Jeremias profeta, que le hablaba de parte del Señor.

13 Rebelóse ademas contra el rey Nabucodonosor, que le habia hecho prestar juramento *de fidelidad* en el nombre de Dios: y endureció su cerviz y su corazon, para no convertirse al Señor Dios de Israel.

14 Igualmente todos los príncipes de los sacerdotes y el pueblo prevaricaron tambien impiamente, imitando todas las abominaciones de los gentiles, y profanaron el templo del Señor, que él se habia consagrado para sí en Jerusalen.

ipsum verò Joachaz tulit secum, et adduxit in Ægyptum. 5 Viginti quinque annorum erat Joakim cum regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem: fecitque malum coram Domino Deo suo. 6 Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, et vinctum catenis duxit in Babylonem. 7 Ad quam et vasa Domini transtulit, et posuit ea in templo suo. 8 Reliqua autem verborum Joakim, et abominationum ejus, quas operatus est, et quæ inventa sunt in eo, continentur in Libro regum Juda et Israel. Regnavit autem Joachin filius ejus pro eo. 9 Octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset, et tribus mensibus ac decem diebus regnavit in Jerusalem, fecitque malum in conspectu Domini. 10 Cumque anni circulus volveretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini: Regem vero constituit Sedeciam patruum ejus super Judam et Jerusalem. 11 Viginti et unius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem. 12 Fecitque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Jeremiæ prophetæ, loquentis ad se ex ore Domini. 13 A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adjuraverat eum per Deum: et induravit cervicem suam et cor, ut non reverteretur ad Dominum Deum Israel. 14 Sed et universi principes Sacerdotum, et populus, prævaricati sunt iniquè juxta universas abomina-

[1] *Hebréo:* Atóle con dos cadenas para llevarle etc. *Quizá volvió á Jerusalen; y se rebeló otra vez.* IV. *Reg.* XXIV. *Jerem.* XXII. *v.* 19.

Digitized by Google

15 Entretanto el Señor Dios de sus padres les hacia hablar por medio de sus enviados *los profetas*, amonestándoles sin cesar de dia y de noche; pues queria perdonar á su pueblo y á la mansion suya.

16 Mas ellos se mofaban de los enviados de Dios, ni hacian caso alguno de sus palabras, é insultaban á los profetas, hasta que descargó el furor del Señor sobre su pueblo, y no hubo ya remedio.

17 Porque trajo contra ellos al Rey de los caldéos, que pasó á cuchillo á sus jóvenes en la casa de su Santuario. No tuvo compasion del mancebo, ni de la vírgen, ni del anciano, ni aun del decrépito: á todos los entregó *Dios* en sus manos.

18 Y transportó á Babilonia todos los vasos de la Casa del Señor, tanto los grandes como los pequeños, y los tesoros del templo, y del Rey, y de los magnates.

19 Los enemigos pegaron fuego á la Casa de Dios, y demolieron los muros de Jerusalen: quemaron todas las torres y destruyeron todo cuanto habia de precioso.

20 Si alguno pudo escapar del cuchillo, llevado á Babilonia, fué esclavo del Rey y de sus hijos, hasta que tuvo el imperio *Ciro* el Rey de los persas,

21 y llegó el cumplimiento de la palabra del Señor pronunciada por Jeremias, y la tierra hubo celebrado sus sábados[1]; pues todo el tiempo de su desolacion estuvo en un sábado *ó descanso contínuo*, hasta que se cumplieron los setenta años.

22 Mas el año primero de Ciro Rey de los persas, en cumplimiento de la palabra del Señor pronunciada por boca de Jeremias, movió el Señor el corazon de Ciro Rey de los persas; el qual mandó publicar en todo su reino, tambien por escrito, este decreto:

23 Esto dice Ciro Rey de Persia

tiones Gentium, et polluerunt domum Domini, quam sanctificaverat sibi in Jerusalem. 15 Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, et quotidie commonens: eò quòd parceret populo et habitaculo suo. 16 At illi subsannabant nuntios Dei, et parvipendebant sermones ejus, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum ejus, et esset nulla curatio. 17 Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, et interfecit juvenes eorum gladio in domo sanctuarii sui: non est misertus adolescentis et virginis, et senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus ejus. 18 Universaque vasa domus Domini, tam majora, quàm minora, et thesauros templi, et regis, et principum, transtulit in Babylonem. 19 Incenderunt hostes domum Dei, destruxerunt que murum Jerusalem, universas turres combusserunt, et quidquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. 20 Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi et filiis ejus, donec imperaret rex Persarum, 21 et compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ, et celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni. 22 Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: qui jussit prædicari in universo

[1] *O hubieron descansado los campos: los cuales habian quedado sin cultivo.*

Digitized by Google

El Señor Dios del cielo me ha dado todos los reinos de la tierra, y él mismo me ha mandado edificarle una casa en Jerusalen, ciudad de Judéa: ¿quién hay entre vosotros que pertenezca á su pueblo? El Señor Dios suyo sea con él, y póngase en camino *para su tierra.*

regno suo, etiam per scripturam, dicens: 23 Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, et ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa: quis ex vobis est in omni populo ejus? sit Dominus Deus suus cum eo, et ascendat.

FIN DEL LIBRO SEGUNDO DE LOS PARALIPOMENOS.

ADVERTENCIA

SOBRE EL LIBRO PRIMERO DE ESDRAS.

Este *libro ha sido venerado siempre por la Iglesia como Escritura sagrada y canónica. Como tal ha sido tambien respetado por la Sinagoga, la cual solia unirle en un solo volúmen con el de* Nehemias, *llamado por eso libro* II de Esdras. *Aunque hay cuatro libros con el nombre de Esdras, la Iglesia solamente ha reconocido como* canónicos *los dos primeros. La iglesia griega reconoce tambien por* canónico *el tercero; pero no consta la autenticidad de los dos últimos, ni que hayan sido inspirados por Dios. Fué Esdras de la estirpe sacerdotal, nieto ó descendiente del Pontífice Saraias, que fué muerto por Nabucodonosor, como se refiere en el libro IV. de los Reyes c. XXV. v.* 18, 21. *Siendo jóven fué llevado Esdras á Babilonia con todos los demas cautivos, despues de haber sido tomada Jerusalen, é incendiado el Templo. Por su grande estudio en la Ley del Señor y en las prácticas del pueblo judáico, mereció ser llamado* Escriba veloz *(I. Esd. VII. v. 6.). esto es, doctor insigne y venerando. Créese que Esdras volvió á Jerusalen con Zorobabel; pero habiendo logrado los enemigos del pueblo hebréo impedir la restauracion del Templo, se restituyó á Babilonia, donde habitó hasta que obtuvo de Artajerjes, por sobrenombre* Longimano, *el permiso de volver á Judéa con cuantos quisiesen seguirle, y muchas gracias y privilegios á favor de los hebréos. Tuvo la principal autoridad en Jerusalen, hasta que llegó Nehemias, enviado por Artajerjes, en calidad de Gobernador de la Judéa, el cual se dirigió siempre por los consejos de Esdras. Es tenido generalmente por autor de este Libro.*

Digitized by Google

En los seis primeros capítulos se refiere como Ciro concedió la libertad á los hebréos, la llegada de Zorobabel á Jerusalen, la renovacion de los sacrificios, la restauracion del Templo, la cual luego se suspendió por órden de Artajerjes, las exhortaciones de los dos profetas Zacarias y Aggéo cuando animaban al pueblo á continuar la obra del Templo, y finalmente el permiso de Darío para terminarla. Despues de esto, leemos que animado de un santo zelo, emprendió corregir los abusos que podian de nuevo provocar la indignacion Divina contra el pueblo; y con sus plegarias y lágrimas de penitencia, alcanzó del Señor que el Rey se convirtiese, y que toda la nacion se obligase, con un nuevo y solemne pacto, á la observancia de la Ley. En el libro II., ó de Nehemías, *vemos al mismo Esdras ocupado en leer y esplicar al pueblo la Ley del Señor, y que se hace mencion de él como de uno de los principales apoyos de la nueva república.* Nehem. VIII.

Este libro I. de Esdras comprende la historia de ochenta y dos años: desde el año 3468 *en que Ciro, por muerte de su padre Cambises Rey de Persia y de Ciaxar su suegro Rey de la Media, reunió en sí la monarquía de Oriente; hasta el año* 3550, *que era el XX. del reinado de Artajerjes, por otro nombre* Longimano.

LIBRO PRIMERO DE ESDRAS.

CAP. I. *Ciro, inspirado de Dios, acabados los setenta años del cautiverio del pueblo de Israel, le da la libertad, y le restituye los vasos sagrados; y permite que sea reedificado el templo de Jerusalen*[1].

1 El año primero *del imperio* de Ciro Rey de los persas, para que se cumpliese la palabra del Señor pronunciada por Jeremías, el Señor movió el ánimo de Ciro Rey de los persas, el cual hizo publicar por todo su reino, aun por escrito, el siguiente decreto[2]:

2 Esto dice Ciro, Rey de los persas: El Señor Dios del cielo es el que ha dado todos los reinos de la

CAPUT I. 1 In anno primo Cyri regis Persarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, et traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens: 2 Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli,

[1] *Año* DEL MUNDO 3468: *antes* DE JESU-CRISTO 536. [2] *Habia reinado ya Ciro veinte años en Persia. Tomada despues Babilonia, reunió el imperio de los medos, de los asirios, y de los caldéos, fundando la gran monarquía persiana,*

Digitized by Google

tierra, y él me ha mandado edificarle Casa ó *Templo* en Jerusalen ciudad de Judéa.

3 ¿Quién de entre vosotros pertenece á su pueblo? Su Dios sea con él. Vaya á Jerusalén, ciudad de la Judéa, y edifique la Casa del Señor Dios de Israel. El Dios *verdadero* es aquel que está en Jerusalén.

4 Y todos los demas que se quedaren, donde quiera que habiten, ayúdenle desde el lugar de su residencia con plata y oro, y otras cosas, y con ganados, ademas de lo que voluntariamente ofrezcan al templo de Dios, que está en Jerusalén.

5 Con esto se pusieron en camino los príncipes de las familias de Judá y de Benjamin, y los sacerdotes y levitas, y todos aquellos cuyo corazon movió Dios para ir á reedificar el templo del Señor, que está en Jerusalén.

6 Y todos aquellos que vivian en la comarca les ayudaron, poniendo en sus manos vasos de plata y oro, hacienda, jumentos, y alhajas, ademas de otras ofrendas voluntarias que habian hecho.

7 El mismo rey Ciro hizo sacar los vasos del templo del Señor, que Nabucodonosor habia traido de Jerusalén, y colocado en el templo de su Dios.

8 Hízolos sacar Ciro Rey de los persas por mano de Mithridates hijo de Gazabar *tesorero*, que se los entregó por cuenta á Sassabásar, ó *Zorobabel*, príncipe de Judá.

9 Hé aquí el número de ellos: Treinta copas de oro, mil copas de plata, veinte y nueve cuchillos,

10 treinta tazas de oro, cuatrocientas y diez tazas de plata de segunda magnitud; y mil otros vasos[1].

et ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa. 3 Quis est in vobis de universo populo ejus? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Jerusalem, quæ est in Judæa, et ædificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in Jerusalem. 4 Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adjuvent eum viri de loco suo argento et auro, et substantia, et pecoribus, excepto quod voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Jerusalem. 5 Et surrexerunt principes patrum de Juda, et Benjamin, et Sacerdotes, et Levitæ, et omnis cujus Deus suscitavit spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Jerusalem. 6 Universique qui erant in circuitu, adjuverunt manus eorum in vasis argenteis et aureis, in substantia et jumentis, in supellectili, exceptis his quæ sponte obtulerant. 7 Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Jerusalem, et posuerat ea in templo dei sui. 8 Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filii Gazabar, et annumeravit ea Sassabasar principi Juda. 9 Et hic est numerus eorum: phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti novem, scyphi aure

que fué despues sojuzgada por Alejandro. Refiere el historiador Josefo hebréo, que se hizo leer á este príncipe lo que Isaías tanto tiempo antes habia vaticinado de él, de sus conquistas, y de lo que haria á favor de Jerusalen y del Templo. (*Is.* XLIV. 28.) *Al ver Ciro el cumplimiento de dichas profecías, no pudo menos de admirarse y de favorecer una nacion tan visiblemente privilegiada de Dios.* II. *Par.* XXXVI. *v.* 22. *Jerem.* XXV. *v.* 12. *et* XXIX. *v.* 10. *Is.* XLV. *v.* 13. XLVI. *v.* 11.

[1] *Es decir, los otros vasos pequeños y menos apreciables fueron á millares.*

Digitized by Google

11 La suma de todos los vasos de oro y de plata ascendia á cinco mil y cuatrocientos: todos estos los llevó Sassabasar al tiempo que volvian á Jerusalén los que habian sido transportados cautivos á Babilonia.

Cap. II. *Lista de los que volvieron del cautiverio de Babilonia á Jerusalén.*

1 Estos son los hijos de la provincia *de Judéa*, que del cautiverio á que habian sido conducidos á Babilonia por Nabucodonosor Rey de Babilonia, se pusieron en camino, y regresaron á Jerusalén y á Judá, cada cual á su pueblo:

2 los cuales vinieron con Zorobabel, y con Josué, Nehemías, Saraías, Rahelías, Mardocai, Belsan, Mesfar, Beguai, Rehúm, y Baana. Hé aquí la suma de los varones del pueblo de Israel:

3 Hijos de Farós[1], dos mil ciento setenta y dos.

4 Hijos de Sefatía, trescientos setenta y dos.

5 Hijos de Aréa, setecientos setenta y cinco.

6 Hijos de Fahath-Moab, de la estirpe de Josué de Joab, dos mil ochocientos y doce.

7 Hijos de Elam, mil doscientos cincuenta y cuatro.

8 Hijos de Zetúa, novecientos cuarenta y cinco.

9 Hijos de Zacai, setecientos sesenta.

10 Hijos de Bani, seiscientos cuarenta y dos.

11 Hijos de Bebai, seiscientos veinte y tres.

12 Hijos de Azgad, mil doscientos veinte y dos.

13 Hijos de Adonicam, seiscientos sesenta y seis.

14 Hijos de Beguai, dos mil y cincuenta y seis.

15 Hijos de Adin, cuatrocientos cincuenta y cuatro.

16 Hijos de Ather, que descendian

triginta, 10 scyphi argentei secundi quadringenti decem: vasa alia mille. 11 Omnia vasa aurea et argentea, quinque millia quadringenta: universa tulit Sassabasar, cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Jerusalem.

Caput II. 1 Hi sunt autem provinciæ filii, qui ascenderunt de captivitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, et reversi sunt in Jerusalem et Judam, unusquisque in civitatem suam 2 Qui venerunt cum Zorobabel, Josue, Nehemia, Saraiá, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorum populi Israel: 3 filii Pharos, duo millia centum septuaginta duo. 4 Filii Sephatia, trecenti septuaginta duo. 5 Filii Area, septingenti septuaginta quinque. 6 Filii Phahath Moab, filiorum Josue: Joab, duo millia octingenti duodecim. 7 Filii Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor. 8 Filii Zethua, nongenti quadraginta quinque. 9 Filii Zachai, septingenti sexaginta. 10 Filii Bani, sexcenti quadraginta duo. 11 Filii Bebai, sexcenti viginti tres. 12 Filii Azgad, mille ducenti viginti duo. 13 Filii Adonicam, sexcenti sexaginta sex. 14 Filii Beguai, duo millia quinquaginta sex. 15 Filii Adin, quadrigenti quinquaginta quatuor. 16 Filii Ather, qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. 17 Filii Besai, trecenti

[1] *La palabra* hijos *cuando se junta al nombre de algun hombre, significa sus descendientes; cuando se junta al nombre de una ciudad significa ciudadanos, moradores ú oriundos de tal ciudad. En este y otros capítulos no siempre es fácil determinar la calidad de los nombres. Véase* Hijo.

Digitized by Google

de Ezequías, noventa y ocho.

17. Hijos de Besaí, trescientos veinte y tres.

18 Hijos de Jora, ciento y doce.

19 Hijos de Hasum, doscientos veinte y tres.

20 Hijos de Gebbar, noventa y cinco.

21 Hijos, *ú oriundos* de Bethlehem, ciento veinte y tres.

22 Varones de Netufa, cincuenta y seis.

23 Varones de Anathoth, ciento veinte y ocho.

24 Hijos de Azmaveth, cuarenta y dos.

25 Hijos de Cariathiarim, de Cefira, y de Beroth, setecientos cuarenta y tres.

26 Hijos de Rama y de Gabaa, seiscientos veinte y uno.

27 Varones de Machmas, ciento veinte y dos.

28 Varones de Bethel y de Hai, doscientos veinte y tres.

29 Hijos de Nebo, cincuenta y dos.

30 Hijos de Megbis, ciento cincuenta y seis.

31 Hijos del otro Elam, mil doscientos cincuenta y cuatro.

32 Hijos de Harim, trescientos y veinte.

33 Hijos de Lod, de Hadid, y de Ono, setecientos veinte y cinco.

34 Hijos de Jericó, trescientos cuarenta y cinco.

35 Hijos de Senaa, tres mil seiscientos treinta.

—36 Sacerdotes *que volvieron á Jerusalén*: Los hijos de Jadaia de la familia de Josué, novecientos setenta y tres.

37 Hijos de Emmer, mil cincuenta y dos.

38 Hijos de Feshúr, mil doscientos cuarenta y siete.

39 Hijos de Harim, mil diez y siete.

—40 Levitas: Los hijos de Josué, y de Cedmihel, de los descendientes de Odovías, setenta y cuatro.

—41 Cantores: Los hijos de Asaf, ciento veinte y ocho.

42 Hijos de los porteros: Los hijos de Sellúm, los hijos de Ater, los hijos de Telmon, los hijos de Accub, los hijos de Hatita, los hijos de Sobai; todos ciento treinta y nueve.

viginti tres. 18 Filii Jora, centum duodecim. 19 Filii Hasum, ducenti viginti tres. 20 Filii Gebbar, nonaginta quinque. 21 Filii Bethlehem, centum viginti tres. 22 Viri Netupha, quinquaginta sex. 23 Viri Anathoth, centum viginti octo. 24 Filii Azmaveth, quadraginta duo. 25 Filii Cariathiarim, Cephira, et Beroth, septingenti quadraginta tres. 26 Filii Rama et Gabaa, sexcenti viginti unus. 27 Viri Machmas, centum viginti duo. 28 Viri Bethel et Hai, ducenti viginti tres. 29 Filii Nebo, quinquaginta duo. 30 Filii Megbis, centum quinquaginta sex. 31 Filii Ælam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor. 32 Filii Harim, trecenti viginti. 33 Filii Lod, Hadid, et Ono, septingenti viginti quinque. 34 Filii Jericho, trecenti quadraginta quinque. 35 Filii Senaa, tria millia sexcenti triginta. 36 Sacerdotes: Filii Jadaia in domo Josue, nongenti septuaginta tres. 37 Filii Emmer, mille quinquaginta duo. 38 Filii Pheshur, mille ducenti quadraginta septem. 39 Filii Harim, mille decem et septem. 40 Levitæ: Filii Josue et Cedmihel filiorum Odoviæ, septuaginta quatuor. 41 Cantores: Filii Asaph, centum viginti octo. Filii Janitorum: filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: universi centum triginta novem. 43 Nathinæi: filii Siha, filii Hasupha, filii Tabbaoth,

Digitized by Google

43 Nathinéos[1]: Los hijos de Siha, los hijos de Hasufa, los hijos de Tabbaoth,

44 los hijos de Ceros, los hijos de Siaa, los hijos Fadon,

45 los hijos de Lebana, los hijos de Hagaba, los hijos de Accub,

46 los hijos de Hagab, los hijos de Semlaí, los hijos de Hanan,

47 los hijos de Gaddel, los hijos de Gaher, los hijos de Raaía,

48 los hijos de Rasin, los hijos de Necoda, los hijos de Gazam,

49 los hijos de Aza, los hijos de Faséa, los hijos de Besee,

50 los hijos de Asena, los hijos de Munim, los hijos de Nefusim,

51 los hijos de Bacbúe, los hijos de Hacufa, los hijos de Harhur,

52 los hijos de Besluth, los hijos de Mahida, los hijos de Harsa,

53 los hijos de Bercós, los hijos de Sisara, los hijos de Thema,

54 los hijos de Nasía, los hijos de Hathifa.

55 Hijos de los siervos de Salomon[2]: Los hijos de Sotaí, los hijos de Sofereth, los hijos de Faruda,

56 los hijos de Jala, los hijos de Dercon, los hijos de Geddel,

57 los hijos de Safatías, los hijos de Hatil, los hijos de Foquereth que eran *oriundos* de Asebaim, los hijos de Ami.

58 Todos los nathinéos, y los hijos de los siervos de Salomon, trescientos noventa y dos.

— 59 Y estos son los que partieron *de los distritos* de Thelmala, Thelharsa, Querub, y Adón, y Emer; y no pudieron señalar la familia y estirpe de sus padres en prueba de ser oriundos de Israel.

60 Los hijos de Dalaía, los hijos de Tobía, los hijos de Necoda, seiscientos y cincuenta y dos.

61 Y de los hijos de los sacerdotes: Los hijos de Hobia, los hijos de Accos, los hijos de Berzellai, el cual se casó con una de las hijas de Berzellai de Galaad[3], y tomó su nombre:

62 estos tales buscaron la escritura de su genealogía, y no la hallaron, por lo que fueron escluidos del sacerdocio.

63 Y díjoles Athersata[3] que no comiesen de las ofrendas san-

44 filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon, 45 filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub, 46 filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan, 47 filii Gaddel, filii Gaher, filii Raaía, 48 filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam, 49 filii Aza, filii Phasea, filii Besee, 50 filii Asena, filii Munim, filii Nephusim, 51 filii Baelus, filii Hacupha, filii Harhur, 52 filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa, 53 filii Bercos, filii Sisara, filii Thema, 54 filii Nasia, filii Hatipha, 55 filii servorum Salomonis, filii Sotai, filii Sopheret, filii Pharuda, 56 filii Jala, filii Dercon, filii Geddel, 57 filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erant de Asebaim, filii Ami. 58 Omnes Nathinæi, et filii servorum Salomonis, trecenti nonagita duo: 59 et hi qui ascenderunt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, et Adon, et Emer: et non potuerunt indicare domum patrum suorum et semen suum, utrum ex Israel essent. 60 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quinquaginta duo. 61 Et de filiis sacerdotum: Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, et vocatus est nomine eorum: 62 hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, et non inveuerunt, et ejecti sunt de sacerdotio. 63 Et dixit Ather-

[1] *O gabaonitas, que estaban al servicio del Templo. Josué* IX. *v.* 21. I. *Par.* IX. *v.* 2. II. *Reg.* IX. *v.* 20. 24. [2] *Esto es: Nehemias.*

Digitized by Google

tificadas, hasta tanto que se presentase un pontífice docto y perfecto[1].

— 64 Toda esta muchedumbre, *unida* como si fuese un hombre solo, era de cuarenta y dos mil trescientos y sesenta,

65 sin contar sus esclavos y esclavas, que eran siete mil trescientos treinta y siete[2]; y entre ellos doscientos cantores y cantoras.

66 Tenian setecientos treinta y seis caballos, y doscientos cuarenta y cinco mulos,

67 cuatrocientos treinta y cinco camellos, seis mil setecientos y veinte asnos.

68 Y algunos príncipes, *ó primeras cabezas* de familias, al llegar al *lugar del* templo del Señor en Jerusalén, hicieron espontáneamente ofrendas para reedificar la Casa de Dios en su mismo sitio.

69 Dieron, segun las facultades de cada uno, para los gastos de la fábrica sesenta y un mil sueldos *ó dragmas* de oro, cinco mil marcos de plata, y cien vestiduras sacerdotales.

70 Finalmente los sacerdotes y levitas, y los del pueblo, y los cantores, y los porteros, y los nathinéos se avecindaron en sus ciudades; y de cuantos israelitas volvieron, se fué cada cual á su pueblo.

CAP. III. *Convocado el pueblo en Jerusalén, es erigido el altar; en el cual se ofrecen sacrificios. Celébrase la fiesta de los Tabernáculos, y pónense los cimientos del templo.*

1 Llegado ya el mes séptimo, los hijos de Israel que estaban en sus ciudades, se reunieron todos, como

satha eis, ut non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. 64 Omnis multitudo quasi unus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta: 65 exceptis servis eorum, et ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem: et in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. 66 Equi eorum septingenti triginta sex, muli eorum ducenti quadraginta quinque, 67 cameli eorum quadringenti triginta quinque, asini eorum sex millia septingenti viginti. 68 Et de principibus patrum, cum ingrederentur templum Domini, quod est in Jerusalem, sponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo. 69 Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia et mille, argenti minas quinque millia, et vestes sacerdotales centum. 70 Habitaverunt ergo Sacerdotes, et Levitæ, et de populo, et cantores, et janitores, et Nathinæi, in urbibus suis, universusque Israel in civitatibus suis.

CAPUT III. 1 Jamque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem. 2 Et surrexit Josue filius Josedec, et fratres ejus sacerdotes, et Zorobabel

[1] *En la version de los Setenta estan en dativo las palabras que corresponden á* docto *y* sabio, *y con esto se acerca mas al original hebréo, donde se dice:* leúrim, velethùmim. *Sabido es que estas dos palabras* urim *y* thumim *forman la frase de las consultas que el Sumo pontífice hacia á Dios, entrando en el Sancta-sanctorum, á la presencia del Arca, donde recibia las respuestas. Lo mismo ocurre en el libro* II. *de Esdras cap.* VII. *v.* 65. [2] *Entran en esta suma no solo los de las tribus de Judá, de Benjamin y de Leví, sino los de las otras tribus que aqui no se espresan; y con los siervos y siervas compondrian el número total de los que volvieron á la Judéa. S. Aug. lib.* XVIII. *De civ. Dei c.* XXVI.

Digitized by Google

si fuesen un solo hombre, en Jerusalén.

2 Donde *el pontífice* Josué, hijo de Josedec, con sus hermanos los sacerdotes, y Zorobabel hijo de Salathiel, con sus hermanos, emprendieron el edificar el altar del Dios de Israel para ofrecer en él los holocaustos, segun está escrito en la Ley de Moisés varon de Dios.

3 Colocaron pues el altar de Dios sobre sus basas, á pesar del temor en que los ponian los pueblos *idólatras* de las regiones circunvecinas, y sobre este altar ofrecieron al Señor el holocausto de la mañana y el de la tarde.

4 Celebraron asimismo la solemnidad de los Tabernáculos, conforme está prescrito, y ofrecieron el holocausto diario, segun está mandado hacer todos los dias;

5 y además el holocausto perpétuo, tanto en las calendas, como en todas las solemnidades consagradas al Señor, y siempre que se ofrecia espontáneamente ofrenda al Señor.

6 Desde el primer dia del mes séptimo empezaron á ofrecer holocaustos al Señor, aunque todavía no se habian echado los cimientos del templo de Dios.

7 Pero distribuyeron dinero á los canteros y albañiles; y asimismo dieron de comer y beber, y aceite á los sidonios y tirios, para que transportasen madera de cedro desde el Libano al mar de Joppe, segun lo habia ordenado Ciro Rey de Persia.

8 Al segundo año de su arribo al *lugar del* templo de Dios en Jerusalén, en el mes segundo, pusieron mano á la obra Zorobabel hijo de Salatiel, y Josué hijo de Josedec, con los otros hermanos suyos sacerdotes y levitas venidos del cautiverio á Jerusalén, y destinaron á los levitas de veinte años arriba para dar priesa á la obra del Señor.

9 Josué pues y sus hijos, y hermanos, y Cedmihel con sus hijos, y *todos* los hijos de Judá, *unidos* como si fuesen un solo hombre, estaban dando priesa á los que trabajaban en la fábrica del tem-

filius Salathiel, et fratres ejus, et ædificaverunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocautomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei. 3 Collocaverunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, et obtulerunt super illud holocaustum Domino manè et vesperè. 4 Fecerunntque solemnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, et holocaustum diebus singulis per ordinem secundùm præceptum, opus diei in die suo. 5 Et post hæc holocaustum juge, tam in Calendis quam in universis solemnitatibus Domini, quæ erant consecratæ, et in omnibus in quibus ultrò offerebatur munus Domino. 6 A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat. 7 Dederunt autem pecunias latomis et cæmentariis: cibum quoque, et potum, et oleum, Sidoniis Tyriisque, ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Joppe, juxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis. 8 Anno autem secundo adventus eorum ad templum Dei in Jerusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, et Josue filius Josedec, et reliqui de fratribus eorum Sacerdotes, et Levitæ, et omnes qui venerant de captivitate in Jerusalem, et constituerunt Levitas à viginti annis, et supra, ut urgerent opus Domini. 9 Stetitque Josue et filii ejus, et fratres ejus, Cedmihel et filii ejus,

Digitized by Google

plo de Dios; y *lo mismo hacian* los hijos de Henadad, y los hijos de estos, y sus hermanos los levitas.

10 Echados que fueron los cimientos del templo del Señor por los albañiles, se presentaron los sacerdotes revestidos de sus ornamentos, con las trompetas, y los levitas hijos de Asaf con los cimbalos, para cantar las alabanzas de Dios con salmos de David Rey de Israel;

11 y cantaban *á coros* himnos y alabanzas al Señor, repitiendo: Que es bueno, y que es eterna su misericordia para con Israel. Al mismo tiempo todo el pueblo prorumpia á grandes voces en alabanzas al Señor, por ver echados los fundamentos del templo del Señor.

12 Muchísimos de los sacerdotes y levitas, y de los príncipes de familias, y de los ancianos, que habian visto el primer templo, viendo echar á sus ojos los fundamentos de este segundo, lloraban con grandes gemidos; al paso que muchos[1] alzaban la voz gritando de alegria.

13 Ni se podian distinguir los gritos de alegria, de los clamores de aquellos que lloraban; porque todo el pueblo gritaba confusamente á grandes voces, cuyo eco se oia de *muy* lejos.

Cap. IV. *Los samaritanos impiden la reedificacion del templo y ciudad; y consiguen que se interrumpa la obra hasta el segundo año de Darío.*

1 Entretanto entendieron los enemigos de Judá y de Benjamin que estos que habian vuelto del cautiverio, edificaban el templo del Señor Dios de Israel;

2 y vinieron á encontrar á Zorobabel y á los príncipes de las familias, diciendo: Permitidnos cooperar con vosotros á la fábrica; puesto que seguimos del mismo modo que vosotros á vuestro Dios, y le ofrecemos sacrificios desde el tiempo que Asor Haddan Rey de Asi-

et filii Juda, quasi vir unus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filii Henadad, et filii eorum, et fratres eorum Levitæ. 10 Fundato igitur à cæmentarijs templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, et Levitæ filii Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David regis Israel. 11 Et concinebant in hymnis et confessione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum esset templum Domini. 12 Plurimi etiam de Sacerdotibus et Levitis, et principes patrum, et seniores, qui viderant templum priùs cum fundatum esset, et hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: et multi vociferantes in lætitia, elevabant vocem. 13 Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, et vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, et vox audiebatur procul.

Caput IV. 1 Audierunt autem hostes Judæ et Benjamin, quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Israel: 2 et accedentes ad Zorobabel, et ad principes patrum, dixerunt eis: Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos, quærimus Deum vestrum: ecce nos immolavimus victimas à diebus Asor Haddan regis Assur, qui adduxit nos huc. 3 Et dixit eis Zorobabel, et

[1] *Que no habian visto la magnificencia del primero.*

Digitized by Google

ria nos envió acá[1].

3 Mas Zorobabel y Josué con los demas príncipes de las familias de Israel les respondieron: No podemos unirnos con vosotros para edificar la Casa á nuestro Dios; sino que nosotros solos la edificarémos al Señor Dios nuestro, como nos lo tiene mandado Ciro Rey de los persas.

4 De aquí resultó que la gente de aquella tierra inquietaba á los obreros del pueblo de Judá, y les estorbaba la fábrica.

5 Ademas sobornaron contra ellos consejeros *del Rey*, que les frustraron su designio durante la vida de Ciro Rey de los persas, y hasta el reinado de Darío Rey de Persia.

6 Luego que entró á reinar Asuero[2], escribieron una acusacion contra los moradores de Judá y de Jerusalen.

7 Y en el reinado de Artajerjes, Beselam Mithridates, y Thabeel y los demas de su partido enviaron al Rey de los persas Artajerjes una carta llena de acusaciones, escrita en lengua siriaca y con caracteres siriacos.

8 Reúm Beelteem[3] y Samsai secretario escribieron sobre *las cosas de* Jerusalen una carta al rey Artajerjes del tenor siguiente:

9 Reúm Beelteem y Samsai secretario, y los demas consejeros suyos, los dinéos y afarsathaquéos, los terfaléos, afarséos, hercueos, babilonios, susanequéos, dievos y los elamitas,

10 y los otros de las demas naciones que transportó el grande y glorioso Asenafar, y condujo á habitar pacíficamente en las ciudades de Samaria, y en las otras regiones de la otra parte del rio,

11 (tal es la copia de la carta

Josue, et reliqui principes patrum Israel: Non est vobis et nobis ut ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. 4 Factum est igitur, ut populus terræ impediret manus populi Judæ, et turbaret eos in ædificando 5 Conduxerunt autem adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, et usque ad regnum Darii regis Persarum. 6 In regno autem Assueri, in principio regni ejus, scripserunt accusationem adversus habitatores Judæ et Jerusalem 7 Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithridates, et Thabeel, et reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum: epistola autem accusationis scripta erat Syriacè, et legebatur sermone Syro. 8 Reum Beelteem, et Samsai scriba, scripserunt epistolam unam de Jerusalem Artaxerxi regi, hujuscemodi: 9 Reum Beelteem, et Samsai scriba, et reliqui consiliatores eorum, Dinæi, et Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonii, Susanechæi, Dievi, et Ælamitæ, 10 et ceteri de Gentibus, quas transtulit Asenaphar magnus et gloriosus, et habitare eas fecit in civitatibus Samariæ, et in reliquis regionibus trans Flumen in pace: 11 (Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt

[1] *En el libro* IV. *de los Reyes c.* XVII. *v.* 24 *se refiere que el Rey de Asiria envió colonos al país de las diez tribus; los cuales, infestados de leones y otras bestias fieras, comenzaron á adorar al Dios de Israel, pero sin dejar del todo el culto de sus ídolos. De estos colonos, y de varios judíos se formó el pueblo samaritano, que desde entonces fué enemigo irreconciliable de los judíos. Véase* Samaritano. [2] *El mismo que Cambises, hijo de Ciro.* [3] *Esto es, gobernador.* Beelteem *es nombre de oficio ó dignidad. Algunos le traducen:* gobernador, tesorero, canciller, etc.

Digitized by Google

que le enviaron), al rey Artajerjes, tus siervos, los habitantes de la otra parte del rio, salud.

12 Sepas, ó Rey, que los judíos que partieron de ahí para acá, han llegado á Jerusalen, ciudad rebelde y malvada; la cual estan reedificando, y levantando sus murallas y reparando las paredes.

13 Advierte pues, ó Rey, que si esta ciudad se reedifica y se reparan sus muros, no pagarán ya mas tributo, ni alcabalas, ni rentas anuales, y el daño este llegará hasta los Reyes.

14 Nosotros pues teniendo presente la sal *ó el pan*[1] que hemos comido en palacio, y porque creemos ser una maldad el estarnos contemplando los perjuicios del Rey, por eso enviamos á dar parte al Rey;

15 á fin de que tú, *Señor*, hagas registrar los libros de las historias de tus predecesores, en cuyos anales hallarás escrito y verás que la tal ciudad es una ciudad rebelde y enemiga de los Reyes y de las *otras* provincias, y como ya de tiempos antiguos se fraguan en ella las rebeliones, por lo cual dicha ciudad fué ya arruinada.

16 Nosotros aseguramos al Rey que si esta ciudad se reedifica y vuelven á levantarse sus muros, no tendrás dominio alguno á la otra parte del rio.

— 17 Respondió el Rey á Reúm Beelteem, y á Samsai secretario, y á los otros habitantes de Samaria que eran del consejo de ellos, y á los demas de la otra parte del rio, diciéndoles, despues de saludarlos:

18 La acusacion que me habeis enviado, se ha leido palabra por palabra en mi presencia.

19 He dado luego mis órdenes para que se registrasen los anales, y se ha hallado que esa ciudad ya de tiempos antiguos se rebela contra los Reyes, y levanta sediciones y guerras.

ad eum) Artaxerxi regi, servi tui, viri qui sunt trans Fluvium, salutem dicunt. 12 Notum sit regi, quia Judæi, qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Jerusalem civitatem rebellem et pessimam, quam ædificant, extruentes muros ejus, et parietes componentes. 13 Nunc igitur notum sit regi, quia si civitas illa ædificata fuerit, et muri ejus instaurati, tributum, et vectigal, et annuos reditus non dabunt, et usque ad reges hæc noxa perveniet. 14 Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, et quia læsiones regis videre nefas ducimus, idcircò misimus et nuntiavimus regi, 15 ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum, et invenies scriptum in commentariis: et scies quoniam urbs illa, urbs rebellis est et nocens regibus et provinciis, et bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem et civitas ipsa destructa est. 16 Nuntiamus nos regi, quoniam si civitas illa ædificata fuerit, et muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluvium non habebis. 17 Verbum misit rex ad Reum Beelteem, et Samsai scribam, et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitores Samariæ, et ceteris trans Fluvium, salutem dicens et pacem. 18 Accusatio, quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me. 19 Et à me præceptum est: et recensuerunt, inveneruntque quoniam civitas illa à diebus antiquis adversum reges rebellat, et seditiones, et prælia concitantur in ea: 20 nam et reges fortissimi

[1] *De la palabra* sal *viene el nombre de* salario *(como dice Plinio lib.* XXXI. *v.* 7.*) para significar la comida que se daba á los que servian á los príncipes, y despues aun aquello que se les daba en dinero para que ellos se la comprasen.*

Digitized by Google

20 Porque hubo en Jerusalén reyes poderosísimos, que han dominado á todo el pais de la otra parte del rio *(Eufrates)*, los cuales exigian tributos y alcabalas, y otros derechos.

21 Ahora pues oid nuestra decision: Prohibid á esa gente la reedificacion de dicha ciudad, hasta tanto que yo quizá mande otra cosa.

22 Mirad que no seais negligentes en ejecutar esto; no sea que poco á poco vaya cundiendo el mal en perjuicio de los Reyes.

23 Con esto fué leido el traslado del rey Artajerjes en presencia de Reúm Beelteém, y de Samsai secretario, y de los de su consejo; y á toda priesa pasaron á Jerusalén, y de mano armada hicieron desistir á los judios.

24 Interrumpióse entonces la fábrica de la Casa del Señor en Jerusalen, y no volvió á emprenderse hasta el año segundo del reinado de Dario, Rey de los persas.

CAP. V. *A las exhortaciones de los profetas Aggéo y Zacarías vuelve á emprenderse la fábrica del Templo, á pesar de los enemigos.*

1 *En este tiempo* profetizaron el profeta Aggéo, y Zacarías hijo de Addo, predicando á los judíos que habitaban en la Judéa y en Jerusalén en nombre del Dios de Israel.

2 Entonces Zorobabel hijo de Salatiel, y Josué hijo de Josedec se pusieron *de nuevo* á continuar la fábrica del templo de Dios en Jerusalen, y estaban con ellos los profetas de Dios que los ayudaban.

3 En aquel mismo tiempo vinieron á encontrarlos Thathanai, gobernador de la otra parte del rio, y Stharbuzanai, con sus consejeros, y les dijeron: ¿Quién os ha aconsejado que edificaseis este templo, y restauraseis sus muros?

4 A lo que respondimos, nombrando los autores de esta reedificacion.

5 Mas el ojo de su Dios, *ó su providencia*, miró favorablemente á los Ancianos de los judios, y asi no pudieron impedirles *la fábrica*. Convinieron al fin en que se

fuerunt in Jerusalem, qui et dominati sunt omni regioni, quæ trans Fluvium est: tributum quoque, et vectigal, et reditus accipiebant. 21 Nunc ergo audite sententiam: Prohibeatis viros illos, ut urbs illa non ædificetur, donec si fortè à me jussum fuerit. 22 Videte ne negligenter hoc impleatis, et paulatim crescat malum contra reges. 23 Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beelteem, et Samsai scriba, et consiliariis eorum: et abierunt festini in Jerusalem ad Judæos, et prohibuerunt eos in brachio et robore. 24 Tunc intermissum est opus domus Domini in Jerusalem, et non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum.

CAPUT V. 1 Prophetaverunt autem Aggæus propheta et Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos qui erant in Judæa et Jerusalem, in nomine Dei Israel. 2 Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, et Josue filius Josedec, et cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, et cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos. 3 In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans Flumen, et Stharbuzanai, et consiliarii eorum, sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium ut domum hanc ædificaretis, et muros ejus instauraretis? 4 Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius. 5 Oculus autem Dei eorum factus est super senes Judæorum, et non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad

Digitized by Google

diese parte á Darío, y que satisfaciesen entonces á aquella reconvencion.

—6 Copia de la carta que escribió al rey Darío, Thathanai gobernador del pais de la otra parte del rio, juntamente con Stharbuzanai, y sus consejeros los Arfasaquéos, que moraban á la otra banda del rio.

7 La carta que le enviaron decia asi: Al Rey Darío, salud y toda suerte de prosperidad.

8 Sepas, ó Rey, que nosotros hemos ido á la provincia de la Judéa á la casa del Dios grande, que se fabrica de piedras no labradas[1], fijando vigas en las paredes; y la obra se hace con toda diligencia, y va creciendo entre sus manos.

9 Hemos pues preguntado á aquellos Ancianos, y les hemos dicho: ¿Quién os ha dado facultad para edificar esta casa, y restaurar estos muros?

10 Asimismo hemos querido saber sus nombres para dar parte á ti, y asi te ponemos por escrito los nombres de los varones que son los principales entre ellos.

11 La respuesta que nos han dado ha sido esta: Nosotros somos siervos del Dios del cielo y de la tierra; y reedificamos un Templo que ya muchos años antes habia sido fabricado, el cual levantó y construyó un gran Rey de Israel.

12 Pero habiendo nuestros padres provocado la ira del Dios del cielo, los entregó él en manos de Nabucodonosor el caldéo, Rey de Babilonia, el cual destruyó tambien esta casa, y trasladó su pueblo á Babilonia.

13 Mas el año primero de Ciro, Rey de Babilonia, el rey Ciro dió un decreto para que esta casa de Dios fuese reedificada:

14 pues aun los vasos de oro y de plata del Templo de Dios, que Nabucodonosor habia quitado del Templo de Jerusalen, y transportado al templo de Babilonia, los sacó el rey Ciro del templo de Babilonia, y fueron entregados á uno llamado

Darium referretur, et tunc satisfacerent adversus accusationem illam. 6 Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai dux regionis trans Flumen, et Stharbuzanai, et consiliatores ejus Arphasachæi, qui erant trans Flumen, ad Darium regem. 7 Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis. 8 Notum sit regi, isse nos ad Judæam provinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur, et crescit in manibus eorum. 9 Interrogavimus ergo senes illos, et ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem ut domum hanc ædificaretis, et muros hos instauraretis? 10 Sed et nomina eorum quæsivimus ab eis, ut nuntiaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis. 11 Hujuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Dei cœli et terræ, et ædificamus templum, quòd erat extructum ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificaverat et extruxerat. 12 Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, et populum ejus transtulit in Babylonem. 13 Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum ut domus Dei hæc ædificaretur. 14 Nam et vasa templi Dei aurea et

[1] *Pero muy grandes y escogidas.*

Digitized by Google

Sassabasar *ó Zorobabel*, á quien ademas constituyó príncipe *ó gobernador de los judíos*;

15 y le dijo: Toma estos vasos, y ve á reponerlos en el Templo de Jerusalen, haciendo que la Casa de Dios sea reedificada en su *antiguo* sitio.

16 Entonces pues el tal Sassabasar, viniendo acá, echó los cimientos del Templo de Dios en Jerusalen, y desde aquel tiempo hasta ahora se va edificando, y todavia no está concluido.

17 Ahora pues, si parece bien al Rey, haga buscar en el archivo Real, que está en Babilonia, si es verdad que el rey Ciro mandó reedificar la Casa de Dios en Jerusalen, y háganos saber sobre esto su Real voluntad.

CAP. VI. *Dario confirma el decreto de Ciro: concluyese la fábrica del Templo; y se celebra con grande alegria su dedicacion, y la Pascua.*

1 Entonces el rey Dario despachó sus órdenes, y registráronse los libros que se guardaban en los archivos de Babilonia;

2 y se halló en *el de* Ecbatana, fortaleza situada en la provincia de Media, un volúmen donde estaba escrita la siguiente memoria:

3 Año primero del rey Ciro. El rey Ciro ha decretado que se reedifique la Casa de Dios en su sitio de Jerusalen, á fin de que se ofrezcan allí sacrificios; y que se echen los cimientos correspondientes á una elevacion de sesenta codos, y otros tantos de anchura *ó extension*,

4 con tres órdenes de piedras sin labrar, y otros órdenes de maderos nuevos: y que los gastos se suministren de la casa del Rey.

5 Que ademas de esto se restituyan y repongan en el Templo de Jerusalen, en el lugar en que antes estaban en el Templo de Dios, los vasos de oro y de plata quitados por Nabucodonosor del Templo de Jerusalen y trasladados á Babilonia.

argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Jerusalem, et asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, et data sunt Sassabasar vocabulo, quem et principem constituit, 15 dixitque ei: Hæc vasa tolle, et vade, et pone ea in templo, quod est in Jerusalem, et domus Dei ædificetur in loco suo. 16 Tunc itaque Sassabasar ille venit et posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, et ex eo tempore usque nunc ædificatur, et necdum completum est. 17 Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrumnam à Cyro rege jussum fuerit ut ædificaretur domus Dei in Jerusalem, et voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

CAPUT VI. 1 Tunc Darius rex præcepit: et recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, 2 et inventum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena provincia, volumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius: 3 Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decrevit ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem, in loco ubi immolent hostias, et ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, et latitudinem cubitorum sexaginta, 4 ordines de lapidibus impolitis tres, et sic ordines de lignis novis: sumptus autem de domo regis dabuntur. 5 Sed et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, et attulerat ea in Babylonem, reddantur, et referantur in templum in Jerusalem in locum suum, quæ et posita sunt in templo Dei. 6 Nunc

Digitized by Google

6 Ahora pues tú, Thathanai, gobernador del territorio de la otra parte del rio, y tú Stharbuzanai, con vuestros consejeros los afarsaquéos, que habitais en el otro lado del rio, retiraos lejos de ellos,

7 y dejad fabricar el templo de Dios al caudillo de los judios, y á sus Ancianos, y que reedifiquen aquella Casa de Dios en su lugar:

8 sobre lo cual tengo tambien mandado cómo debe procederse para con aquellos Ancianos de los judios, á fin de que sea edificada la Casa de Dios; y es, que del erario del Rey, esto es, de los tributos que paga el territorio del otro lado del rio, se les suministren con puntualidad caudales á dichos varones, para que no se retarde la obra:

9 y que si fuere necesario, se les den cada dia becerros, y corderos, y cabritos para los holocaustos al Dios del cielo, y trigo, sal, vino y aceite, segun el rito de los sacerdotes que estan en Jerusalen, de modo que no haya motivo alguno de queja:

10 y de esta manera ofrezcan oblaciones al Dios del cielo, y rueguen por la vida del Rey y de sus hijos.

11 Yo pues he decretado que cualquiera que contravenga á esta órden, se tome un madero de su casa y se plante en tierra, y sea en él clavado el tal hombre, y confiscada la casa.

12 Disipe Dios, que estableció allí su *santo* Nombre, todos los reinos y pueblos que estendieren la mano para oponerse, ó destruir aquella Casa de Dios, que está en Jerusalen. Yo Dario he firmado este decreto, que quiero se cumpla puntualmente.

—13 Thathanai pues, gobernador del pais de la otra parte del rio, y Stharbuzanai con sus consejeros, ejecutaron exactamente la órden del Rey Dario.

14 Los Ancianos de los judios por su parte llevaban adelante la fábrica, saliéndoles todo con feli-

ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans Flumen, Stharbuzanai, et consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumen, procul recedite ab illis, 7 et dimittite fieri templum Dei illud à duce Judæorum, et à senioribus eorum, ut domum Dei illam ædificent in loco suo. 8 Sed et à me præceptum est, quid oporteat fieri à presbyteris Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet ut de arca regis, id est, de tributis, quæ dantur de regione trans Flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. 9 Quòd si necesse fuerit, et vitulos, et agnos, et hædos in holocaustum Deo cœli, frumentum, sal, vinum et oleum, secundùm ritum Sacerdotum, qui sunt in Jerusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia. 10 Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vita regis, et filiorum ejus. 11 A me ergo positum est decretum: Ut omnis homo qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, et erigatur, et configatur in eo, domus autem ejus publicetur. 12 Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, et populum qui extenderit manum suam ut repugnet, et dissipet domum Dei illam, quæ est in Jerusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo. 13 Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen, et Stharbuzanai, et consiliarii ejus, secundùm quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt. 14 Seniores autem Judæorum ædificabant, et prosperabantur juxta prophetiam Aggæi prophetæ et Zachariæ filii Addo: et ædificaverunt et construxerunt, jubente Deo Is-

Digitized by Google

cidad, segun la profecía de Aggéo profeta, y de Zacarías hijo de Addo; y con esto erigieron y construyeron el edificio por mandado del Dios de Israel, y de órden de Ciro, y de Dario, y de Artajerjes, Reyes de Persia:

15 y concluyeron la obra de esta Casa de Dios el dia tres del mes de Adar[1], en el año sesto del reinado del Rey Dario.

16 Entonces los hijos de Israel, y los sacerdotes y levitas, y cuantos habian vuelto del cautiverio, celebraron con gozo la dedicacion ó *consagracion* de la Casa de Dios;

17 para cuya dedicacion ofrecieron cien becerros, doscientos carneros, cuatrocientos corderos, y doce machos cabríos por el pecado de todo Israel, segun el número de sus tribus:

18 y los sacerdotes fueron distribuidos por sus órdenes, y los levitas por sus turnos para servir al culto de Dios en Jerusalen, como está escrito en la Ley de Moisés.

—19 Celebraron asimismo los hijos de Israel venidos de su cautiverio la Pascua el dia catorce del mes primero.

20 Porque los sacerdotes y levitas se habian purificado desde el primero al último; estando todos limpios, á fin de inmolar la Pascua por todos los israelitas venidos del cautiverio y por sus hermanos los sacerdotes, y por ellos mismos.

21 Y comiéronla los hijos de Israel vueltos de la transmigracion, con todos aquellos que, separándose de la inmundicia *ó idolatría* de las gentes del pais, se habian agregado á ellos para seguir al Señor Dios de Israel:

22 y celebraron con alegria la solemnidad de los Azimos durante siete dias; por haberlos el Señor consolado, y por haber trocado á favor de ellos el corazon del Rey de Asiria para que les ayudase, y diese la mano en la fábrica de la Casa del Señor Dios de Israel.

CAP. VII. *Venida de Esdras á Je-*

rael, et jubente Cyro, et Dario, et Artaxerxe, regibus Persarum: 15 et compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis. 16 Fecerunt autem filii Israel, Sacerdotes et Levitæ, et reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio. 17 Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, juxta numerum tribuum Israel. 18 Et statuerunt Sacerdotes in ordinibus suis, et Levitas in vicibus suis, super opera Dei in Jerusalem, sicut scriptum est in libro Moysi. 19 Fecerunt autem filii Israel transmigrationis Pascha, quartadecima die mensis primi. 20 Purificati enim fuerant Sacerdotes et Levitæ quasi unus; omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigrationis, et fratribus suis Sacerdotibus, et sibi. 21 Et comederunt filii Israel, qui reversi fuerant de transmigratione et omnes qui se separaverant à coinquinatione Gentium terræ ad eos, ut quærerent Dominum Deum Israel. 22 Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificaverat eos Dominus, et converterat cor regis Assur ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

CAPUT VII. 1 Post hæc autem verba, in regno Artaxerxis regis Persa-

[1] *O luna de febrero. Véase* Mes.

Digitized by Google

rusalén por comision del Rey Artajerjes para instruir y gobernar el pueblo.

1 Despues de estos sucesos, reinando Artajerjes Rey de Persia, Esdras hijo de Saraías, hijo de Azarias, hijo de Helcias,

2 hijo de Sellúm, hijo de Sadoc, hijo de Aquitob,

3 hijo de Amarías, hijo Azarias, hijo de Maraioth,

4 hijo de Zarahías, hijo de Ozi, hijo de Bocci,

5 hijo de Abisué, hijo de Finées, hijo de Eleazar, hijo de Aaron que fué el primer sacerdote:

6 este Esdras, *digo*, vino de Babilonia, el cual era un escriba *ó doctor* muy diestro en la Ley de Moisés, dada por el Señor Dios á Israel; y otorgóle el Rey todas sus peticiones, pues le protegia la mano del Señor Dios suyo.

7 Y con él vinieron á Jerusalen varios de los hijos de Israel, y de los hijos de los sacerdotes, y de los hijos de los levitas, y cantores, y porteros, y nathinéos, en el año séptimo del reinado de Artajerjes;

8 y llegaron á Jerusalen el mes quinto del dicho año séptimo de aquel Rey.

9 Porque el dia primero del primer mes emprendió su viage desde Babilonia, y el primer dia del mes quinto, asistido de la benéfica mano de su Dios, arribó á Jerusalen:

10 por cuanto habia Esdras dirigido su corazon á la investigacion de la Ley del Señor, y á cumplir y á enseñar en Israel sus preceptos y documentos.

— 11 Esta es la copia de la carta en forma de decreto, que dió el Rey Artajerjes á Esdras sacerdote, escriba *ó maestro* muy instruido en las palabras y mandamientos del Señor, y en las ceremonias prescritas por él á Israel:

12 Artajerjes Rey de los Reyes, á Esdras sacerdote, escriba sapientísimo de la Ley del Dios del cielo, salud.

13 Ha sido decretado por mí que cualquiera del pueblo de Israel, y de sus sacerdotes y levitas, resi-

rum, Esdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ, 2 filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob, 3 filii Amaziæ, filii Azariæ, filii Maraioth, 4 filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci, 5 filii Abisue, filii Phineés, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio. 6 Ipse Esdras ascendit de Babylone, et ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel: et dedit ei rex, secundùm manum Domini Dei ejus super eum, omnem petitionem ejus. 7 Et ascenderunt de filiis Israel, et de filiis Sacerdotum, et de filiis Levitarum, et de cantoribus, et de janitoribus, et de Nathinæis, in Jerusalem, anno septimo Artaxerxis regis. 8 Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis. 9 Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, et in primo die mensis quinti venit in Jerusalem, juxta manum Dei sui bonam super se. 10 Esdras enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, et faceret et doceret in Israel præceptum et judicium. 11 Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus et præceptis Domini, et cæremoniis ejus in Israel. 12 Artaxerxes, rex regum, Esdræ sacerdoti scribæ legis Dei cœli doctissimo, salutem. 13 A me decretum est, ut cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, et de Sacerdotibus ejus, et de Levitis, ire in Jerusalem, tecum vadat. 14 A facie enim regis, et septem consiliato-

Digitized by Google

dentes en mi reino, que quisiere ir á Jerusalen, vaya contigo:

14 puesto que tú eres enviado de parte del Rey y de sus siete consejeros ó *ministros*[1] á visitar la Judéa y Jerusalen, *para arreglarlo todo* conforme á la Ley de tu Dios, en la cual estás *tan* versado;

15 y á llevar la plata y el oro, que así el Rey como sus consejeros han ofrecido espontáneamente al Dios de Israel, cuyo tabernáculo está en Jerusalén.

16 Ademas toda la plata y oro que recogieres en toda la provincia de Babilonia de ofertas voluntarias del pueblo, y lo que espontáneamente ofrecieren los sacerdotes para la Casa de su Dios que está en Jerusalèn,

17 tómalo libremente, y cuida de comprar con este dinero becerros, carneros, corderos, y hostias *ú ofrendas* con sus libaciones, y ofrece estas cosas sobre el altar del templo de vuestro Dios que está en Jerusalen.

18 Y si á ti y á tus hermanos os pareciere bien hacer alguna otra cosa del remanente de la plata y del oro, ejecutadlo conforme á la voluntad de vuestro Dios.

19 Asimismo los vasos que se te dan para servicio de la Casa de tu Dios, los presentarás delante de Dios en Jerusalen.

20 En órden á lo demas que fuere menester para la Casa de tu Dios, todo cuanto necesites gastar se te dará del tesoro y del fisco Real,

21 y por mí[2]. Yo el Rey Artajerjes mando y ordeno á todos los tesoreros del erario público, existentes á la otra parte del rio, que cuanto os pidiere Esdras sacerdote, escriba de la Ley del Dios del cielo, se lo deis sin dilacion,

22 hasta la cantidad de cien talentos de plata, y de cien coros de trigo, y de cien batos[3] de vino, y otros tantos de accite; mas la sal, sin medida.

23 Todo lo perteneciente al cul-

rum ejus, missus es, ut visites Judæam et Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua: 15 et ut feras argentum et aurum, quod rex et consiliatores ejus sponte obtulerunt Deo Israel, cujus in Jerusalem tabernaculum est. 16 Et omne argentum et aurum quodcumque invenèris in universa provincia Babylonis, et populus offerre voluerit, et de Sacerdotibus quæ sponte obtulerint domui Dei sui, quæ est in Jerusalem, 17 liberè accipe, et studiosè eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos et sacrificia et libamina eorum, et offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Jerusalem. 18 Sed et si quid tibi et fratribus tuis placuerit de reliquo argento et auro ut faciatis, juxta voluntatem Dei vestri facite. 19 Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Jerusalem. 20 Sed et cetera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est ut expendas, dabitur de thesauro, et de fisco regis, 21 et à me. Ego Artaxerxes rex, statui atque decrevi omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans Flumen, ut quodcumque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cœli, absque mora detis, 22 usque ad argenti talenta centum, et usque ad frumenti coros centum, et usque ad vini batos centum, et usque ad batos olei centum, sal verò absque mensura. 23 Omne, quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo

[1] *Esther* I. v. 10. 14. [2] *O de mi bolsillo secreto.* [3] *Véase* Bato. Coro.

Digitized by Google

to del Dios del cielo se ha de suministrar puntualmente á la Casa del Dios del cielo: no sea que se irrite contra el reino del Rey y de sus hijos.

24 Tambien os notificamos que no teneis potestad de imponer alcabala, ni tributo, ni otras cargas á ninguno de los sacerdotes[1] y levitas, y cantores, y porteros, y nathinéos, y sirvientes de la Casa de este Dios.

25 Finalmente tú, Esdras, segun la sabiduría de tu Dios, en la cual estás versado, establece jueces y presidentes para que administren justicia á todo el pueblo que está al otro lado del rio, esto es, á todos aquellos que reconocen la Ley de Dios; y enseñadla libremente tambien á los que la ignoran.

26 Y cualquiera que no cumpliese exactamente la Ley de tu Dios, y la ley *ó decreto* del Rey, será condenado á muerte, ó á destierro, ó á una multa pecuniaria, ó á lo ménos á cárcel.

27 Bendito sea el Señor Dios de nuestros padres, el cual puso este pensamiento en el corazon del Rey para gloria de la Casa del Señor que está en Jerusalen;

28 y me dió prendas de su misericordia para delante del Rey y de sus consejeros, y de todos los grandes y cortesanos del Rey. Y confortado yo por la mano del Señor mi Dios, que me asistia, junté á los principales de Israel para que se viniesen conmigo.

CAP. VIII. *Catálogo de los que volvieron con Esdras de Babilonia; y su llegada á Jerusalen.*

1 Estos son pues los príncipes de las familias, y la genealogía de los que vinieron conmigo de Babilonia en el reinado del Rey Artajerjes.

2 De los hijos de Finées, Gersem. De los hijos de Ithamar, Daniel. De los hijos de David, Hattús.

3 De los hijos de Sequenías hijos de Farós, Zacarías, y con él

Dei cœli: ne fortè irascatur contra regnum regis, et filiorum ejus. 24 Vobis quoque notum facimus de universis sacerdotibus, et Levitis, et cantoribus et janitoribus, Nathinæis, et ministris domus Dei hujus, ut vectigal, et tributum, et annonas, non habeatis potestatem imponendi super eos. 25 Tu autem, Esdra, secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue judices, et præsides, ut judicent omni populo qui est trans Flumen, his videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed et imperitos docete liberè. 26 Et omnis qui non fecerit legem Dei tui et legem regis diligenter, judicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiæ ejus, vel certè in carcerem. 27 Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ est in Jerusalem, 28 et in me inclinavit misericordiam suam coram rege et consiliatoribus ejus, et universis principibus regis potentibus: et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel principes qui ascenderent mecum.

CAPUT VIII. 1 Hi sunt ergo principes familiarum, et genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone. 2 De filiis Phinees, Gersom: de filiis Ithamar, Daniel: de filiis David, Hattus. 3 De

[1] *Obsérvese cuan antiguo es el eximir de los tributos y cargas públicas á los ministros de la Religion. Véase* Gen. c. XLVII. v. 22.

Digitized by Google

se contaron ciento y cincuenta hombres.

4 De los hijos de Fahath-Moab, Elioenai hijo de Zarehe, y con él doscientos hombres.

5 De los hijos de Sequenías, el hijo de Ezequiel, y con él trescientos hombres.

6 De los hijos de Adan, Abed hijo de Jonathan, y con él cincuenta hombres.

7 De los hijos de Alam, Isaías, hijo de Athalía, y con él setenta hombres.

8 De los hijos de Safatias, Zebedia hijo de Micael, y con él ochenta hombres.

9 De los hijos de Joab, Obedia hijo de Jahiel, y con él doscientos diez y ocho hombres.

10 De los hijos de Selomith, el hijo de Josfias, y con él ciento y sesenta hombres.

11 De los hijos de Bebai, Zacarías hijo de Bebai, y con él veinte y ocho hombres.

12 De los hijos de Azgad, Johanan hijo de Eccetan, y con él ciento y diez hombres.

13 De los hijos de Adonicam, que fueron los últimos, son estos los nombres: Elifeleth, y Jehiel y Samaias, y con ellos sesenta hombres.

14 De los hijos de Beguí, Uthai y Zacúr, y con ellos setenta hombres.

15 Los congregué pues junto al rio, que desagua en el Ahava, y nos detuvimos allí tres dias; y habiendo buscado entre el pueblo y entre los sacerdotes algunos hijos de Leví, no hallé allí ninguno.

16 Por tanto despaché á Eliezer, y Ariel, y Semeías, y Elnathan, y Jarib, y otro Elnathan, y á Nathan, y Zacarías, y Mosollam personas principales, y á Joiarib y Elnathan hombres sabios;

17 y enviélos á Eddo, *judío*, que era el que gozaba mayor reputacion en el lugar de Casfía, y puse en su boca las palabras que habian de decir á Eddo, y á sus hermanos los nathinéos en el lugar de Casfía, para que nos trajesen ministros de

filiis Secheniæ filiis Pharos, Zacharias: et cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta. 4 De filiis Phahath Moab, Elioënai filius Zarehe, et cum eo ducenti viri. 5 De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, et cum eo trecenti viri. 6 De filiis Adan, Abed filius Jonathan, et cum eo quinquaginta viri. 7 De filiis Alam, Isaias filius Athaliæ, et cum eo septuaginta viri. 8 De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, et cum eo octoginta viri. 9 De filiis Joab, Obedia filius Jahiel, et cum eo ducenti decem et octo viri. 10 De filiis Selomith, filius Josphiæ, et cum eo centum sexaginta viri. 11 De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, et cum eo viginti octo viri. 12 De filiis Azgad, Johanan filius Eccetan, et cum eo centum et decem viri. 13 De filiis Adonicam, qui erant novissimi, et hæc nomina eorum: Elipheleth, et Jehiel, et Samaias, et cum eis sexaginta viri. 14 De filiis Begui, Uthai et Zachur, et cum eis septuaginta viri. 15 Congregavi autem eos ad fluvium, qui decurrit ad Ahava, et mansimus ibi tribus diebus: quæsivique in populo et in sacerdotibus de filiis Levi, et non inveni ibi. 16 Itaque misi Eliezer, et Ariel, et Semeiam, et Elnathan, et Jarib, et alterum Elnathan, et Nathan, et Zachariam, et Mosollam principes: et Joiarib, et Elnathan sapientes. 17 Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco, et posui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo, et fratres ejus Nathinæos, in loco Chasphiæ, ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri. 18 Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos,

Digitized by Google

la Casa de nuestro Dios.

18 Y, por la bondad de nuestro Dios sobre nosotros, nos trajeron un varon doctísimo de los hijos de Moholí, hijo de Leví, hijo de Israel, y á Sarabias con sus hijos y hermanos, en número de diez y ocho:

19 asimismo á Hasabias, y con él á Isaías de los hijos de Merarí, y á sus hermanos é hijos, que eran veinte:

20 de los nathinéos, destinados por David y los príncipes al servicio de los levitas, doscientos veinte nathinéos, todos los cuales se distinguian por sus propios nombres.

21 Allí junto al rio Ahava intimé un ayuno, á fin de humillarnos en el acatamiento del Señor Dios nuestro, y pedirle feliz viage para nosotros, y para nuestros hijos, y para todos nuestros haberes.

22 Pues tuve vergüenza de pedir al Rey escolta de soldados de á caballo, que nos defendiera de los enemigos en el viage; porque habiamos dicho al Rey: La mano de nuestro Dios asiste á todos aquellos que le buscan con sinceridad; y su imperio, y su poder, y su indignacion se hacen sentir de todos los que le abandonan.

23 A este fin pues ayunamos, é hicimos oracion á nuestro Dios, y todo nos sucedió prósperamente.

24 Y escogí doce de los principales sacerdotes, á Sarabias, y Hasabias, con otros diez de sus hermanos;

25 y les entregué por peso el oro y la plata, y los vasos consagrados á la Casa de nuestro Dios, ofrecidos por el Rey, y sus consejeros, y magnates, y por todos los israelitas que se habian hallado allí.

26 Puse tambien en sus manos seiscientos y cincuenta talentos de plata, y cien vasos de plata, con cien talentos de oro;

27 y ademas veinte tazones de oro, de mil dragmas de peso, y dos vasos de bronce acicalado, muy fino, *tan* vistosos como los de oro.

28 Y díjeles: Vosotros sois santos *ó consagrados* al Señor, y san-

virum doctissimum de filiis Moholi filii Levi filii Israel, et Sarabiam et filios ejus et fratres ejus decem et octo, 19 et Hasabiam et cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque ejus et filios ejus viginti: 20 et de Nathinæis, quos dederat David et principes ad ministeria Levitarum, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur. 21 Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris, universæque substantiæ nostræ. 22 Erubui enim petere à rege auxilium et equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate: et imperium ejus, et fortitudo ejus, et furor super omnes qui derelinquunt eum. 23 Jejunavimus autem, et rogavimus Deum nostrum per hoc: et evenit nobis prosperè. 24 Et separavi de principibus Sacerdotum duodecim, Sarabiam, et Hasabiam, et cum eis de fratribus eorum decem. 25 Appendique eis argentum et aurum, et vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex et consiliatores ejus, et principes ejus, universusque Israel, eorum qui inventi fuerant: 26 et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, et vasa argentea centum, auri centum talenta: 27 et crateres aureos viginti, qui habebant solidos milleuos, et vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum. 28 Et dixi eis: Vos sancti Domini, et vasa sancta, et argentum et aurum, quod

Digitized by Google

tos son los vasos, y la plata y el oro, ofrecido espontáneamente al Señor Dios de nuestros padres:

29 custodiad con vigilancia todo eso, hasta que lo entregueis por su peso en el tesoro de la Casa del Señor en Jerusalen ante los príncipes de los sacerdotes y levitas, y gefes de las familias de Israel.

30 Recibieron pues los sacerdotes y levitas por peso la plata y el oro, y los vasos, para llevarlo á Jerusalen á la Casa de nuestro Dios.

31 Partimos en fin de la ribera del rio Ahava el dia doce del mes primero, camino de Jerusalen; y la mano de nuestro Dios nos protegió, y nos libró de caer en las manos de los enemigos y salteadores, durante el viage.

32 Por último llegamos á Jerusalen, donde descansamos tres dias.

33 Al cuarto dia se hizo la entrega por peso del oro y de la plata y de los vasos en la Casa de nuestro Dios, por mano de Meremoth hijo de Urias, sacerdote, estando presente Eleazar hijo de Fineés, en compañía de los levitas Jozabed hijo de Josué, y Noadaia hijo de Bennoi:

34 todo fué contado y pesado; y de todo se hizo entonces inventario.

35 Asimismo los hijos de la transmigracion, venidos del cautiverio, ofrecieron holocaustos al Dios de Israel: doce becerros por todo el pueblo israelítico, noventa y seis carneros, setenta y siete corderos, doce machos cabríos por el pecado, todo en holocausto al Señor.

36 En fin presentaron los edictos del Rey á los Sátrapas de su corte y á los gobernadores de la otra parte del rio, los cuales favorecieron al pueblo y á la Casa de Dios.

Cap. IX. *Sentimiento de Esdras por el nuevo desórden y pecados de los judíos.*

1 Cumplidas estas cosas, acudieron á mí los príncipes *de las familias*, diciendo: Ni el pueblo de Israel, ni los sacerdotes y levitas,

sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum: 29 vigilate et custodite, donec appendatis coram principibus Sacerdotum, et Levitarum, et ducibus familiarum Israel in Jerusalem, in thesaurum domus Domini. 30 Susceperunt autem Sacerdotes et Levitæ pondus argenti, et auri, et vasorum, ut deferrent Jerusalem in domum Dei nostri. 31 Promovimus ergo à flumine Ahava duodecimo die mensis primi ut pergeremus Jerusalem: et manus Dei nostri fuit super nos, et liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in via. 32 Et venimus Jerusalem, et mansimus ibi tribus diebus. 33 Die autem quarta appensum est argentum, et aurum, et vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriæ sacerdotis, et cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, et Noadaia filius Bennoi Levitæ, 34 juxta numerum et pondus omnium: descriptumque est omne pondus in tempore illo. 35 Sed et qui venerant de captivitate filii transmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim: omnia in holocaustum Domino. 36 Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, et ducibus trans Flumen, et elevaverunt populum et domum Dei.

Caput IX. 1 Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me

Digitized by Google

se han mantenido segregados de los pueblos de estos paises y de sus abominaciones, es á saber, de los cananéos, hethéos y ferezéos, de los jebuséos, y ammonitas, y moabitas, y egipcios, y amorréos:

2 porque han tomado de sus hijas esposas para sí y para sus hijos, y han mezclado el linage santo con las naciones del pais; habiendo sido los príncipes y magistrados los primeros cómplices en esta transgresion.

3 Al oir estas palabras, *penetrado de dolor* rasgué mi manto y la túnica, y mesé los cabellos de mi cabeza y de mi barba, y sentéme lleno de tristeza.

4 Entonces acudieron á mí todos los temerosos de la palabra del Dios de Israel, en vista de la prevaricacion de aquellos que habian venido del cautiverio *ántes de nosotros*, y yo permanecí sentado y poseido de angustias hasta el sacrificio de la tarde.

5 y al tiempo del dicho sacrificio vespertino, salí de la consternacion en que habia estado; y rasgados el manto y la túnica, arrodilléme, y alcé mis manos al Señor Dios mio,

6 diciendo: O Dios mio, estoy lleno de confusion, y me averguenzo de levantar hácia tí mi rostro, porque nuestras maldades se han multiplicado sobre nuestra cabeza, y nuestros delitos han subido hasta el cielo

7 desde los dias de nuestros padres; y ademas nosotros mismos hemos pecado gravemente hasta este dia, y por nuestras iniquidades hemos sido abandonados nosotros, y nuestros Reyes y nuestros sacerdotes en manos de los Reyes de la tierra, y al cuchillo, y á la esclavitud, y al saquéo, y á los oprobios, como se ve aun en este dia.

8 Si bien ahora por un poco, y como por un momento han sido admitidos nuestros ruegos por el Señor Dios nuestro, á fin de que fuesen puestos en libertad los restos de nuestro pueblo, y se nos diese estabilidad *ó morada segura* en su lugar santo, y alumbra-

principes, dicentes: Non est separatus populus Israel, sacerdotes et Levitæ, à populis terrarum, et abominationibus eorum, Chananæi videlicet, et Hethæi, et Pherezæi, et Jebusæi, et Ammonitarum, et Moabitarum, et Ægyptiorum, et Amorrhæorum: 2 tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum: manus etiam principum et magistratuum fuit in transgressione hac prima. 3 Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et evelli capillos capitis mei et barbæ, et sedi mœrens. 4 Convenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum qui de captivitate venerant, et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum: 5 et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, et scisso pallio et tunica, curvavi genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum, 6 et dixi: Deus meus, confundor et erubesco levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra creverunt usque ad cœlum, 7 à diebus patrum nostrorum: sed et nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, et in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, et reges nostri, et sacerdotes nostri, in manum regum terrarum, et in gladium, et in captivitatem, et in rapinam, et in confusionem vultus, sicut et die hac. 8 Et nunc quasi parum et

Digitized by Google

se el Señor Dios nuestro nuestros ojos, y nos concediese respirar algun tanto en nuestra esclavitud:

9 porque esclavos eramos; mas en medio de nuestra esclavitud no nos ha desamparado nuestro Dios, antes bien ha inclinado á misericordia para con nosotros al Rey de Persia, á fin de que éste nos diese la vida, *concediéndonos la libertad*, y ensalzáse la casa de nuestro Dios, y reparase sus ruinas, y nos diese acogida segura en Judá y en Jerusalen.

10 Y ahora, ó Dios nuestro, ¿qué dirémos despues de tales cosas? Nosotros que hemos despreciado *de nuevo* tus mandamientos,

11 intimados por medio de tus siervos los profetas, diciéndonos: La tierra en cuya posesion vais á entrar, es una tierra inmunda, (como son inmundos los otros pueblos y demas paises) por causa de las abominaciones é inmundicias *de los ídolos*, de que la han inundado de un cabo á otro:

12 por tanto, no daréis vuestras hijas á sus hijos, ni tomaréis sus hijas por esposas de vuestros hijos, ni procuraréis jamas su amistad ni su prosperidad, si quereis haceros poderosos, y comer de los bienes de esta tierra, y dejarla á vuestros hijos en perpétua herencia[1].

13 Y despues de todos los desastres que han caido sobre nosotros por nuestras pésimas obras, y por nuestro gran pecado, tú, ó Dios nuestro, nos has librado de *la pena de* nuestra iniquidad, y nos has salvado, como se vé hoy dia;

14 con la condicion empero de que no volvamos atras, ni violemos tus mandamientos, ni emparentemos con los pueblos reos de semejantes abominaciones. ¿Por ventura estás irritado contra nosotros hasta *querer* nuestro *total*

ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitterentur nobis reliquiæ, et daretur nobis paxillus in loco sancto ejus, et illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostra, 9 quia servi sumus, et in servitute nostra non dereliquit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, et sublimaret domum Dei nostri, et extrueret solitudines ejus, et daret nobis sepem in Juda et Jerusalem. 10 Et nunc quid dicemus, Deus noster, post hæc? quia dereliquimus mandata tua, 11 quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens: Terra ad quam vos ingredimini ut possideatis eam, terra immunda est, juxta immunditiam populorum, cæterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua. 12 Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiatis filiis vestris, et non quæratis pacem eorum, et prosperitatem eorum, usque in æternum: ut confortemini et comedatis quæ bona sunt terræ, et heredes habeatis filios vestros usque in sæculum. 13 Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, et in delicto nostro magno, quia tu,

[1] *El Señor habia prohibido á su pueblo de Israel el tener amistad y alianza con los cananéos, para que no fuese pervertido, y no cayese en la detestable idolatría y vicios de aquella nacion perversa. Deut. c.* XXIII *v.* 6. *Tenemos obligacion de amar al prójimo, aunque sea enemigo nuestro, y hacerle el bien que podamos; pero cesa esta obligacion, cuando de su cumplimiento peligra nuestra salud eterna, ó la de ellos mismos. Su perversidad nos desobliga entonces de darles esteriores pruebas de nuestra benevolencia. Véase* Leyes.

Digitized by Google

esterminio, de suerte que no dejes salvos ni aun las restos *de nuestro pueblo*?

15 Justo eres tú, ó Señor Dios de Israel: nosotros hemos quedado para que seamos salvados *por tí*, como se vé en este dia. Aqui estamos delante de tí con nuestro delito, *para que le perdones*; porque no se puede sostener *ó escusar* en tu presencia tal atentado.

CAP. X. *Esdras manda que sean disueltos los matrimonios ilegítimos.*

1 Mientras asi oraba Esdras, pidiendo misericordia y llorando, postrado ante el Templo de Dios, reunióse al rededor de él un concurso grandísimo de hombres y mugeres y niños de Israel, y prorumpió el pueblo en un deshecho llanto.

2 Y tomando la palabra Sequenias hijo de Jehiel del linage de Elam, dijo á Esdras: Nosotros hemos prevaricado contra nuestro Dios, y tomado por esposas mugeres estrangeras, de los pueblos de esta tierra; mas ahora ya que Israel se arrepiente de ello,

3 hagamos pacto con el Señor Dios nuestro de despedir todas estas mugeres y los hijos nacidos de ellas, conforme á la voluntad del Señor y de los que respetan el mandamiento del Señor Dios nuestro[1]: ejecútese lo que la Ley ordena.

4 Levántate *pues*: á tí toca el dar disposiciones: nosotros te apoyaremos: esfuérzate, y manos á la obra.

5 Entonces Esdras se levantó, y juramentó á los príncipes de los sacerdotes y de los levitas, y á todo Israel que lo ejecutarian del modo dicho; y asi lo juraron.

Deus noster, liberasti nos de iniquitate nostra, et dedisti nobis salutem sicut est hodie, 14 ut non converteremur, et irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es nobis usque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? 15 Domine Deus Israel, justus es tu: quoniam derelicti sumus, qui salvaremur, sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro; non enim stari potest coram te super hoc.

CAPUT X. 1 Sic ergo orante Esdra, et implorante eo, et flente, et jacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum et mulierum et puerorum, et flevit populus fletu multo. 2 Et respondit Sechenias, filius Jehiel, de filiis Elam, et dixit Esdræ: Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terræ: et nunc, si est pœnitentia in Israel super hoc, 3 percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini, et eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri: secundùm legem fiat. 4 Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecum: confortare et fac. 5 Surrexit ergo Esdras, et adjuravit principes Sacerdotum et Levitarum, et omnem Israel, ut facerent secundùm verbum hoc, et juraverunt. 6 Et surrexit Esdras ante domum Dei,

